


SPICILEGIUM HISTORICUM


Congregationis
SSmi Redemptoris



Annus IX

1961

Collegium S. Alfonsi de Urbe



IN PIAM MEMORIAM
R.MI PATRIS GENERALIS EMERITI
PATRICII MURRAY CSSR

Loquantur numeri!

Patricius Murray, 24 annos natus, professione in nostra Congregatione facta, post annum sacerdotio insignitus est; vix 42 annorum, Superior provincialis suae Provinciae hibernicae constitutus, post duos annos Superior generalis et Rector Maior totius Congregationis electus est. Per 38 annos supremum munus viriliter gessit, et, quod 44 annos natus assumpserat, 82 annis vitae expletis, in iuniores manus sua sponte remisit, et denique, multissimos annos sancti Fundatoris duobus annis superans, in aetate 94 annorum longissimam peregrinationem terrenam cum statione perennis vitae mutavit.

Nostrae gratitudinis debitum et historicae veritatis studium expostulant, ut supremo Moderatori optime merito modestum sane, sed filiali amore congestum monumentum litterarium-historicum ponamus (1).

Si tamen quis interrogaverit, cur memoriale hoc tam tarde ad lucem venisset, facile responsum opponamus. - Maluimus enim exspectare momentum, quo iam praesto esset P.is Culhane biographicum opus de vita et rebus gestis venerati defuncti, cuius primam partem, qua vita P.is Murray describitur usque ad suam electionem in supremum Congregationis Moderatorem, hoc fasciculo praesentare possumus. Itaque eandem vitae Rectoris Maioris partem breviter absolvere possumus, remittentes lectores ad ampliorem narrationem dicti auctoris. Pauca tantum documenta, ex archivo generali desumpta, ad idem tempus pertinentes, addimus.

Gubernium deinde 38 annorum R.mi P.is, proximo huius currentis anni fasciculo absolvemus, ne nimio pondere expositionis, ceterae res quas tractandas suscepimus, detrimentum capiant. Ultimi denique anni cari defuncti paucis verbis complecti possunt, ceu vesper serenus ad tranquillum occasum declinans.

IOSEPHUS LÖW

(1) Sufficiat hoc loco recordari notitias breves sequentes: *Spic. hist.* 2 (1954) 64-67, 71-72, 73-74; *ibid.* 262, n° 115. - *Analecta* 31 (1959) 260-261.

DE VITA PATRICII MURRAY
USQUE AD ASSUMPTIONEM IN SUMMUM MODERATOREM

1865-1909

I. - USQUE AD INGRESSUM IN CONGREGATIONEM SS. MI REDEMPTORIS, 1865-1888

Patricius Murray (nomina originem demonstrant) (2) natus est die 24 XI an. 1865 in loco Drumdeevin, qui pertinet ad pagum Termon, in comitatu (county) Donegal, provincia Ulster, in insula Hibernia (tunc regnum, unitum ad regna Britanniae et Scotiae, nunc respublica independens). Termon distat ab oppido principali comitatus Donegal, nomine Letterkenny, 13 milia, i.e. 20 km. Agitur de extrema parte insulae ad septentrionem simul ac occisum versus, quae etiam post aggregationem maioris partis provinciae Ulster ad regnum britannicum, apud rempublicam hibernicam mansit. Incolae sunt religionis catholicae; regio ad dioecesim Raphoe pertinet, quae temporibus S. i Columbae (Colomcille) (3) erecta fuit. Post tempora «reformationis», quando vicarii tantum et administratores dioecesim gubernabant, sedes dioecesana, retento nomine Raphoe, translata est in locum principalem Letterkenny, ubi denique seminarium conditum fuit, et (anno 1901) nova ecclesia cathedralis dedicata (4).

Pater nostri Patricii eodem magni Hiberniae patroni nomine

(2) De S. o Patricio hic vix dicendum est, adeo est notus uti Hiberniae seu «Insulae Sanctorum» maximus apostolus, m. 461 et sepultus apud Saul, Downpatrick; festum in universa Ecclesia die 17 martii. - Nomen Murray, sicut omnibus compertum est, inter Scottos et Hibernicos commune est.

(3) S. Columba (gaelice Colomcille) annis circiter 521-597 vixit et inter magnos monachorum patres scottos et hibernicos iure connumeratur. Monasterium apud locum Raphoe condidit, unde postea sedes episcopalis orta est. - Cfr Patrick O'DONNELL, in *The Catholic Encyclopedia* XII (New York 1911) 647-648. - Cataldo GIBLIN, *Raphoe*, in *Enc. Catt.* X [Vaticano 1953] 525.

(4) Per duo fere saecula multae dioecese hibernicae, vi «reformationis» aut suppressae aut episcopis orbatae manserunt; postea vero paulatim restitutae sunt, conservato nomine antiquae sedis, quae saepius loca nunc vix notabilia sunt, ita ut residentiae episcoporum in oppida vel urbes maioris momenti transferuntur. Sic evenit cum dioecesi Raphoe. Leo XIII an. 1901 capitulum cathedrale restituit, occasione dedicationis solemnisi ecclesiae cathedralis, recenter exstructae.

gloriabatur, mater, e stirpe Devanny, a S.a Rosa nomen habuit. Genitores agricultores erant, fortunae donis vix ditati, at vera pietate et in divinam Providentiam magna fiducia. Septem filios habuerunt, quattuor virilis, tres feminei sexus. Ultimus qui omnibus supervixit, Patricius erat. Lingua communis in domo Murray fuit lingua anglica, pater tamen etiam linguam gaelicam seu celticam possidebat; Patricius filius tantummodo in seminario maiori Maynooth primitivam linguam hibernicam didicerat.

Notitiae infantiae filiorum Murray parcae sunt, ut e tantorum annorum distantia facile explicatur. Scimus tamen, Patricium nostrum inter pueros ministrantes ecclesiae paroecialis electum fuisse, ac libenter legisse librum precationum a P.e nostro Ioanne Furniss compositum (5). F.B. Gallagher, capellanus paroeciae Termon, an. 1877, prius quam, ad aliam paroeciam translatus, e Termon abiit, cum patre iuvenis Patricii collocutus est, proponens pium bonumque puerum ad studia superiora promovere, ut missionarius fieret exteris vel patriis laboribus apostolicis addictus. Atvero Murray pater noluit filium ad exterarum plagas emigrare, nec opes habuit quibus studia superiora filio procuraret; attamen consensit eum servitio dioecetano offerre. Sic Patricius Murray iunior, an. 1880 (XII), quindecim annos natus, seminarium dioecesanum minus, in oppido Letterkenny situm, ingressus est, praehabito « concursu » (examine) quem feliciter superavit.

Libenter notamus, Patricium nostrum inde ab infantia devotissimum fuisse Beatissimae Virginis; an. 1879 dono acceperat quendam librum *The Month of Mary*, qui ei admodum carus fuit, ut in suo curriculo vitae, quod novicii conscribere tenentur, proprie notat.

In seminario minori iuvenis Patricius a mense dec. an. 1880 usque ad mensem aug. an. 1884 mansit; ratio tamen vitae non nimis ei placebat. Nihilominus in studiis optime progressus est; singulariter excelluit in lingua graeca. Tempore veris an. 1881 PP. Passionistae in oppido Letterkenny Missionem praedicaverunt; fuit primum quod religiosos viros e persona cognovit; ex tunc cogitare coepit de statu religioso ac missionario arripiendo (ita confessus est in epistula quadam 6 VIII 1923). Noverat tamen etiam ex suis lectionibus piis PP. Redemptoristas; in seminario minori opera ascetica S.i Alfonsi perlegere incepit, versione anglica

(5) Ioannes Furniss (1809-1865), iam sacerdos (1836) nostro Sodalicio nomen dedit; celeberrimus fuerat Missionibus ad pueros, atque scriptis iuvenibus peculiariter aptis. Cfr. M. DE MEULEMEESTER, *Bibliographie générale des Ecrivains Réd.* II, Louvain 1935, 150-151 cum notitia bibliographica. - Qualem librum eximii scriptoris Patricius noster pervolvit, nescimus.

a sac. Nicolao Callan (6), e quo tempore usque ad extremum indefessus mansit lector eorundem operum nostri S. i Patris.

An. tandem 1884 Patricius ad seminarium generale hibernicum in loco Maynooth transivit, institutum iure merito celeberrimum, an. 1798 fundatum et sub nomine S. i Patricii positum. Hic mansit a mense aug. 1884 usque ad mensem nov. 1888. Tota vitae ratio atque instituendi modus perplacere seminaristae nostro; directio spiritualis apud PP. Congregationis Missionis erat (et est adhuc), quos ibi « Vincentianos » vocant, alibi communiter « Lazzaristas », directio generalis atque instructio apud sacerdotes saeculares dioecesium hibernicarum. In primo anno philosophico, dum inter alia scientiis naturalibus incumbit (professore Doct. Francisco Lennon) peculiariter delectatione affectus est illo ramo scientiae quam « physicen » vocant, delectatione quae per multos annos viva mansit (7).

Mense iulio 1887 primum Missionem a PP. bus Redemptoristis praedicatam secutus est, eosque loqui sensit de Matre de perpetuo Succursu, a Nostris praecipue exulta. Hinc quaestio de vocatione missionaria et religiosa vehementius in animo Patricii revixit. Cum PP. bus Redemptorianis de vocatione religiosa discussit, et quamvis a iunioribus annis quandam conservaverat praedilectionem versus Passionistas, nunc, de regulis et ratione vitae nostri Instituti informatum, propter statum salutis non adeo robustum ut austeritates Congregationis a Passione Domini ferre valuisset, ad Alfonsianum potius Sodalitium animum convertit. Tempore vacationis aestivae an. 1888 theologus Murray cum patre de sua vocatione religiosa serius locutus est; hic tamen adhuc plane consentire noluit. Itaque Patricius noster tertium theologiae annum in seminario Maynooth incipit, attamen, mense novembre eiusdem anni 1888 noviciatum unicae tunc in Regno Unito existentis provinciae, in loco Bishop Eton apud Liverpool, ingressus est (8). Erat clericus tonsuratus (15 VI 1887) et Ordinum minorum (16 VI 1887). Trium et viginti annorum erat, cum in Congregationem SS. mi Redemptoris devertit.

(6) Cfr M. DE MEULEMEESTER, *op. cit.* I, Louvain 1933, 223, 225, 227.

(7) Notum est (nosque ipsi adhuc vidimus) P. em Generalem Murray, in domo generalicia, in qua tunc species telephoni interni, aliquantum simplicis, exsistebat, si defectus occurrebat, ipsum libenter et cum delectu operam reparationis perfecisse, subligaculo cinctum, et scalam ascendentem et descendentem. In itineribus visitationum, in domibus studiorum, ubi exstabant « cubicula rerum physicalium », curiosius apparatus atque formas et modos faciendorum experimentorum inspiciebat.

(8) Bishop Eton; coll. incepit 10 VI 1851, canonice erect. 10 VI 1854; ibi collocatum fuit Noviciatus, Studentatus, deinde Juvenatus; nunc est domus recessuum. Cfr *Spic. hist.* 3 (1955) 382, n° 4.

2. - USQUE AD PROVINCIALATUM.

1888-1897: *Subditus*

Iuvenis theologus Patricius Murray die 13 XI an. 1888 vestem religiosam accepit, et regularem noviciatus annum sub cura P. is Magistri Ioann. Stevens (9) peregit; sed, iuxta morem eorum temporum, cum egregie in omnibus se gesserit, iam die 23 X anni sequentis ad religiosam professionem admissus est.

Ad studia theologica perficienda, in domum tunc studiorum Teignmouth (10) missus est, Praefecto studentium P. e Timotheo Power (11). Tandem, tribus subsequenter diebus, 8, 9, 10 IX an. 1890, ab episcopo civitatis Plymouth, Doct. Guglielmo Vaughan (12), sacros Ordines recepit. Deinde ultimum annum studiorum theologorum absolvit, et denique, autumno an. 1891, promptus ad munera apostolica obeunda, e studentatu demissus est.

Die 1 IX eiusdem an. 1891 primam stationem vitae missionariae ingressus: London, Clapham (13), mox ad primum officium deputatus est; nominatus est Sub-Minister domus. Die 12 IX 1891, sabbato infra octavam Nativitatis B. Mariae V., in ecclesia nostra in Clapham primum suum sermonem habuit, ita ut dici possit, P. em Patricium Murray publicum servitium Redemptorianum incepisse sub auspiciis Divinae Matris, cui adeo devotus erat.

At non ita multo post instabilitatem loci expertus est, cui praesertim iuniores Patres ordinarie subsunt: vix mense peracto, domui nostrae in Perth (Scotia) (14) adscriptus est, et subito primam Missionem adoriri iussus est (Paisley, Renfrewshire, 25 X-8 XI 1891). Sequenti anno primum cursum exercitiorum dabat, ad pueros (Aberdeen, 25-29 III 1892). Toto tempore stationis in Perth tredecim Missionibus aderat et novem cursus exercitiorum dedit.

(9) Ioannes STEVENS; * 14 IV 1829, *prof.* 8 XII 1851, *sac.* 4 VIII, 1856, † 19 IX 1899 Chapeltown.

(10) Teignmouth, dioec. Plymouth, comitatus Devonshire; incep. 3 XI 1875 ut domus studiorum, derelict. 13 X 1900. Dedicata erat S. o Ioseph.

(11) Timotheus POWER; * 31 VIII 1841 Ballybricken; *prof.* 13 XI 1863, Liverpool; *sac.* 8 X 1869 Wittem, ubi tunc Frs. Clerici anglici studiis vacarunt; † 13 XI 1933; exacto 70° anno suae professionis. - Cfr *Anal.* 3 (1924) 58-60; *ibid.* 8 (1929) 369; *ibid.* 19 (1934) 30-32.

(12) Plymouth (dioec. ab. an. 1850, 29 IX); episcopus Gulielmus Vaughan, * 14 II 1814 London; ep. 10 VII 1855; † 25 X 1902.

(13) London, Clapham, in parte meridionali civitatis, dioec. Southwark; incep. 2 VIII 1848, canonicè erect. 20 II 1850; inde ab institutione Prov. anglicae, 24 V 1865, residentia Superioris provincialis. - Cfr *Spic. hist.* 3 (1955) 381, n° 2.

(14) Perth, Scotia, comitatus Perthshire, dioec. Dunkeld; incep. 19 III 1869; per multos annos domus studiorum, nunc est sedes Noviciatus.

An. vero 1894, 20 V, ordinem recepit, in patriam insulam redeundi, in domum nostram Limerick (15). Atvero anno vix expleto, primis mensibus an. 1895, domui Dundalk (16), archidioec. Armagh, adscriptus est, ibidem, 1 IX, annum sic dicti secundi noviciatus incepit. Magister seu Instructor fuit P. Eduardus O'Laverly (17); sodalis quidam noviciatus P. Robertus Clune, postea Archiepiscopus in urbe Perth, Australia († 24 V 1935) (18). Exercitiis practicis secundi noviciatus absolutis, primum in domum Liverpool (19) vocatus est (4 II 1896), at mox (6 IV 1896) iterum in urbem Perth translatus est, e qua 1897 denuo ad collegium in Limerick pervenit. Inter multa et varia opera apostolica an. 1897, 16-26 VII, primum Sororibus exercitia sacra praedicavit, ut fertur, cum optimo successu.

1898-1907: *Superior « minor »*

Sub die 28 I 1898 erecta est Provincia hibernica; domus enim hibernicae prius ad Provinciam anglicam pertinebant. P. Patricius Murray, vix octo annos sacerdos, sed in variis apostolicorum operum generibus optime probatus, in propria Provincia gradus Superiorum ascendere dignus habitus est. Clerici nostri hibernici tunc, uti facile intellegitur, studia in domo Teignmouth, in Anglia, continuaverunt. Murray noster Praefectus studentium et Professor theologiae dogmaticae nominatus est. Traditum est, eum aequae progressui spirituali studentium atque honestae recreationi providisse.

Nova Provincia hibernica — et hoc quoque facile intellegitur, — propriam studiorum domum sibi comparare satagit; itaque aestate an. 1900 proprium collegium studiorum in domo Belfast (20)

(15) Limerick, Hibernia, prov. Munster, comitatus et dioec. Limerick. Collegium incepit 13 XI 1853; inde ab institutione Prov. hibernicae, 28 I 1898, residentia Superioris provincialis. - Cfr. *Sph. hist.* 3 (1955) 382, n° 6; *ibid.* 8 (1960) 459 ss.

(16) Dundalk, Hibernia, prov. Leinster, comitatus Louth. Collegium incepit 8 IX 1876.

(17) Eduardus O'LAVERLY; * 4 VI 1845, *sac.* 6 I 1860, *prof.* 15 VIII 1873, † 23 III 1917. Limerick.

(18) Patricius Iosephus CLUNE; * 6 I 1864; *sac.* 24 VI 1886; *prof.* 3 IX 1894; Australiam petiit, ubi in Collegio Perth (insep. 8 X 1899) commoratus est, antequam, 21 XII 1910, episcopus nominatus est eiusdem dioec., quae 28 VIII 1913 archidioec. facta est; † 24 V 1935. - Cfr. *Anal.* 14 (1935) 280-284. - Vide etiam DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* II 69, III 273.

(19) Liverpool: « Bishop Eton » nomen est domus (sicut olim « Villa Caserta » fuit nomen domus, in quo Collegium generalicium positum est); haec autem domus sita est ad fines urbis, qui tamen nunc iam longe lateque superati sunt. (cfr. nota 8).

(20) Belfast; collegium incepit 1 XI 1896; an. 1900 ibidem domus studiorum novae Prov. hibernicae instituta est; P. Murray, ut Rector Collegii, multa habuit perficienda.

apertum est. P. Murray munus Praefecti retinuit, et Professor theologiae moralis atque Admonitor Rectoris nominatus est; clara indicia aestimationis quam apud Superiores maiores adeptus est. Anno 1902, 1 XI, Romae celebrabatur faustus dies, quo, ante quinquaginta annos, R. mus P. Matthias Raus, Rector Maior, vota religiosa Deo obtulerat; complures e toto orbe Provinciales aliique maiores Superiores cum quibusdam Patribus sociis hac occasione Romam petierunt ad digne rarum festum celebrandum (21). Provincialis hibernicus, P. Andreas Boylan (22), socium sibi adiunxit P. em Murray, qui tunc primum Urbem petiit, ignarus omnino, se post septem annos iterum Romam petiturum esse, ibique remansurum, uti successorem eiusdem P. is Generalis.

Mense IV an. 1904 P. Murray collegio in Belfast Rector praeficitur; magna sibi merita acquisivit, aedificandae ecclesiae et comparando magno collegii horto summopere intentus. In magna Missione quae an. 1906 in civitate Belfast habita est, una cum PP. bus Passionistis strenue in campo apostolico collaboravit.

3. - SUPERIOR « MAIOR », SEU PROVINCIALIS, 1907-1909.

Tempore veris an. 1907 in tota Congregatione de more nominationes triennales Superiorum faciendae erant. Itaque, in Consultationibus generalibus per multas sessiones, praecipue de eligendis Superioribus disceptatum est. Provinciales exeuntes eorumque Consultores iuxta usum tum vigentem, Romam mittebant, singuli singillatim, proprias propositiones circa eos, quos dignos aestimabant, triennio novo munera Superiorum gerere. Ordinarie tunc dies, quo novi Superiores publicati sunt, erat dies 26 IV, festum B. Mariae V. de bono Consilio; attamen, pro opportunitate, quarundam Provinciarum Superiores etiam alio quodam antecedente die publicari solebant. Ita an. 1907 etiam Superiores Provinciae hibernicae ante diem solitum nominandi erant.

Post acceptas propositiones P. is Provincialis Boylan suorumque Consultorum, in Consultatione gen. li diei 11 III de nominandis Superioribus hibernicis actum est; Provincialis statutus est noster Patricius Murray, et recedens Provincialis, P. Boylan, Rector in Dundalk. P. Boylan inde ab origine Provinciae, seu ab an. 1898, regimen Provinciae optime gessit; attamen, post tot

(21) [A. WALTER] *Villa Caserta*, Roma 1905, pp. 258-265.

(22) Andreas BOYLAN; * 6 I 1842 Killaloe; sac. 31 III 1867; prof. 1 VIII 1888; Sup. Provincialis 1898-1907; episcopus Kilmore 13 III 1907; † 25 III 1910 Cullies.

annos visum est, officium gubernatoris Provinciae alio Patri conferre, et quidem — uti patet — eminenti. Haec dum Romae concluduntur, die 11 III, nuntius advenit, die 13 P.em Boylan, Provinciale exeuente, nominatum esse a S. Sede Episcopum de Kilmore. Itaque opus erat, repentine alium Rectorem Collegii de Dundalk nominare, et sic tabulam Superiorum hibernicorum, paululum immutatam, novo Provinciali Murray transmittere, quod factum est sub die 17 III, qui est dies onomasticus P.is Murray. Interea tamen, et usque in nostros dies, fama quaedam invaluit, P.em Murray Provinciale factum esse, *postquam*, seu *quoniam* P. Boylan Episcopus nominatus fuisset, erronee tamen, ut ex comparatione dierum quos memoravimus, clare evincitur. P. Murray Provincialis nominatus est, quia inter PP. eminentes Provinciae connumerabatur, et huiusmodi altiore officio plane dignus habitus est.

Sic summum gradum Superioratus attigerat, qui ordinarie inter nos Patribus benemerentibus contingi potest. Atvero, altiora adhuc Patricio nostro advenire videbantur.

Defuncto enim Episcopo Henrico Henry, (8 III 1908) (23), dioeceseos Down and Connor, iuxta consuetudinem ecclesiarum hibernicarum, a Capitulo cathedrali tres sacerdotes Sanctae Sedi proponi debebant, ut ex eis futurus Episcopus nominaretur. Hi tres sacerdotes, a Capitulo designati, erant: Patricius Murray, Provincialis CSSR (vota 25), Doct. Laverty, sac. saecularis (vota 25), Doct. Tohill, alius sac. saecularis (vota 4). Trepidabat sincere P. Provincialis (vix enim eius praedecessor, P. Boylan, Episcopus factus est!); atvero, a S. Sede Doct. Tohill denique (9 VI 1908) Episcopus praedictae dioeceseos nominatus est (24).

Patricius tota mente sibi gratulabatur, adhuc nesciens, se vix post annum in summum Rectorem totius Congregationis Redemptorianae electurum esse. Itaque gubernium Provinciae hibernicae strenuis manibus tenebat.

4. - SUPERIOR « MAXIMUS », i.e. SUPERIOR GENERALIS CSSR ELIGITUR, I V 1909.

Rev.mus P. Matthias Raus, diutius infirma salute laborans, cum post ultimum Capitulum generale, in quo electus fuit (an.

(23) Henricus HENRY; * 22 V 1846, episcopus dioec. Down and Connor, resid. Belfast (Chichester Park), 6 VIII 1895; † 8 III 1908.

(24) Ioannes TOHILL; * 23 XII 1855; episcopus dioec. Down and Connor, 9 VI 1908; † 9 VII 1914.

1894), nullum aliud celebrari potuisset, denique ad novum Capitulum generale perveniendum esse censuit, in quo, praeter negotia tali generali Congregationis consessu propria, suam a munere demissionem recitare deliberaverat. Proinde, litteris circularibus diei 21 VI 1908 (festo BMV de perp. Succursu) Capitulum generale pro anno 1909, 25 II, indixit (25). Cum vero his iisdem temporibus Causa Canonizationis B. Clementis M. Hofbauer ad ultimas felices decisiones appropinquasset, melius visum est, Capitulum generale paulum prorogare, ut PP. Capitulares speratae Canonizationi interesse possent.

Ita, die 21 XII 1908, vi alius litterae circularis, convocatio Capituli gen.lis procrastinata fuit (26) atque denique, tertia epistula circulari, 27 I 1909, definitive in diem 26 IV eiusdem anni collocata (27).

Interea, die 8 VIII 1908, RM Raus solemniter celebrare potuit medium saeculum ab ordinatione sacerdotali, eodem anno quo Pius X quoque idem iubilaeum toto Orbe gaudente celebravit, uti idem Summus Pontifex in telegrammate Rectori Maiori transmissio, notavit (28).

Versus finem mensis IV PP. Capitulares ex omnibus mundi partibus Romam confluerunt; Provinciales Provinciarum anglicae et hibernicae (P. Murray) cum suis PP.bus «Vocalibus» feria VI, 23 IV 1909, hora 19,50 Urbem ingressi sunt (29).

Die denique festo BMV Matris boni Consilii Capitulum gen.le initium habuit. Mane eiusdem diei tamen omnes ad Vaticanum convolarunt, ubi, iuxta morem, solemniter Decretum «super tuto» pro Canonizatione B.i Clementis perlectum est; Superior gen.lis P. Raus latine gratias Summo Pontifici egit pro hac ultima decisione, cui demum S. Pius respondit. Postmeridiano tempore (hora 16,30) Capitulum prima sessione adunatum, ante omnia sermonem auscultavit R.mi P.is Raus, qui primum de natura et opera Capitulorum generalium secundum nostras Constitutiones verba fecit, et deinde liberam et completam sui muneris abdicationem obtulit (30).

Sequente die, 27 IV, in secunda sessione, Capitulum, dum P.

(25) *Acta integra Capituli generalis XI Romae celebrati anno 1909*, Roma 1909, pp. IX-XI.

(26) *Ibid.* p. XIV.

(27) *Ibid.* p. XV.

(28) *Cronaca della casa generalizia II*, 1907-1909, p. 253.

(29) *Cronaca*, ut supra, p. 253.

(30) *Cronaca*, ut supra, p. 254-255; *Acta integra*, ut supra, p. 167; Cfr. *Spic. hist.* 2 (1954) 70-74.

Raus in oratorio ferventibus institit precibus (31), abdicationem ratam habuit, eidemque titulum «Rectoris Maioris *emeriti*» cum certis iuribus et honoribus adtribuit (32). Secuta est species «re-collectionis» P.um Capitularium trium dierum, sicut in Constitutionibus praescribitur, ad deliberandum de novo Superiore gen.li eligendo (33). Sic denique, die I V 1909, sabbato, ad electionem supremi Moderatoris perventum est. Fuit sessio laboriosa, mane et pomeridiano tempore, donec, 26° scrutinio, P. Patricius Murray, 38 suffragiis ex 55 datis, Superior gen.lis et Rector Maior est declaratus (34).

Hoc unum tantum recordari volumus: die festo Ascensionis Domini, 20 V 1909, PP. Capitulares omnes, ducibus PP.bus Raus et Murray, solemnissimae cerimoniae Canonizationis nostri S. Clementis M. Hofbauer adsisterunt, de quibus hoc loco nobis non est colloquendum (35).

Feria denique V, die 3 VI, laboribus capitularibus ad finem perductis, perventum est ad electionem PP.um Consultorum generalium (36), et die sequente, feria VI infra octavam Pontecostes, sessione 30^{ma} et ultima, Capitulum generale XI^{mum} finem habuit. (37). Sabbato tandem, antemeridianis horis, S. Pontifex Pius X PP. Capitulares, una cum PP.bus Raus et Murray, in suam augustam praesentiam admisit. Novus Rector Maior brevem sermonem protulit, cui S. Pontifex benignissime respondit, a novo Sancto Congregationis exordiens, et de genuino spiritu S.i Fundatoris, inter nostros conservato et conservando, instanter locutus est (38).

(31) *Cronaca*, ut supra, p. 257-258.

(32) *Acta integra*, ut supra, pp. 7-9.

(33) *Constitutiones et Regulae CSSR* n° 763.

(34) *Acta integra*, ut supra, pp. 9-13; *Cronaca*, ut supra: vide infra, *Appendix Documentorum*, VI.

(35) *Acta integra*, ut supra, p. 26; *Cronaca*, ut supra, p. 260 ss.

(36) *Spic. hist.* 2 (1954) 64-67; vide etiam *Spic. hist.* 2 (1954) 236-279, sub nominibus singulorum Consultorum.

(37) *Acta integra*, ut supra, pp. 41-43.

(38) *Acta integra*, ut supra, p. 43.

APPENDIX DOCUMENTORUM

Adiungimus aliqua documenta, ex archivo gen.li extracta, quibus ad oculos demonstratur praeclara aestimatio qua constanter gravisus est Patricius Murray, inde ab anno noviciatus usque ad nominationem ad munus Provincialis.

Sequuntur notitiae quae ad nominationem praedictam referuntur, atque epistula P.is Murray, quando, iam Sup. Provincialis, serio timere debuerat de proxima possibili elevatione ad sedem episcopalem.

Claudimus Appendicem notitiis circa electionem P.is Murray in Rectorem Maiorem.

I. Relationes ad Curiam generaliciam
circa Fratrem novicium Patricium Murray,
pro admissione ad Professionem religiosam

- i. - Relatio pro professione Fratris Patritii Murray a P.e Ioanne Stevens, noviciorum Magistro congesta et Romam missa (AG Prov. Anglica VIII Noviciatus 1889) :

1. - *Santé.* - Le Frère a une très bonne santé. Il a pu très bien observer la règle. Il est assez maigre; avec le temps je crois qu'il deviendra fort.

2. - *Dispositions.* - Le jeune homme nous est venu du collège de Maynooth, où il a étudié plusieurs années. Il a étudié la théologie pendant deux années. Il a eu beaucoup de difficulté avec sa famille pour pouvoir suivre sa vocation. Son père surtout c'est fortement opposé. Il s'est conduit d'une manière toute extraordinaire. Le Frère Murray, quoiqu'il était déjà reçu par le Rev. P. Provincial, pensa d'abord qu'il serait mieux de céder aux désirs de ses parents, et qu'il serait préférable pour lui de ne pas entrer au noviciat, qu'après avoir reçu la prêtrise. Son curé était aussi de cet avis. Mais ayant examiné la chose plus mûrement dans une retraite spirituelle, il voyait que s'il déférerait sa vocation à plus tard, il risquerait de la perdre. Ainsi il est venu au noviciat du collège de Maynooth sans obtenir le consentement de ses parents.

Au noviciat il a toujours été un novice modèle. Il serait difficile de trouver un novice qui a plus fidèlement et plus constamment coopéré aux grâces et aux inspirations de Dieu. Je trouve qu'il a toutes les vertus d'un bon novice Rédemptoriste. Il est très pieux, obéissant, mortifié, charitable, etc. Le plus ardent désir de son âme c'est de se conformer en toutes choses dans la manière la plus parfaite à la sainte volonté de Dieu et d'éviter la plus petite faute délibérée. Il a le caractère très doux, très aimable. Il est très aimé de ses connovices.

La seule faute que j'ai remarquée en lui c'est qu'il est trop tranquille, trop silencieux en récréation. Cela ne provient pas cependant le moins du monde de la tristesse, car il se conserve toujours dans la plus grande paix de l'âme. Mais il est naturellement timide, réservé de disposition; mais ce n'est rien d'important. Il fait son possible pour se vaincre; avec le temps sans doute il n'en restera rien.

Le Frère a beaucoup d'intelligence, un très bon jugement, aussi il a fait de bonnes études à Maynooth et a très bien réussi. C'est un homme capable de rendre de grands services à la Congrégation, soit comme missionnaire ou en quelque autre capacité. Il se peut, qu'il ne sera pas grand prédicateur; j'en doute un peu.

3. - *Conduite au noviciat.* - Sa conduite au noviciat a été excellente. Je n'ai presque pas trouvé de faute en lui. Il a toujours été un novice modèle.

4. - *Espoir pour l'avenir.* - J'ai la plus grande confiance en lui. Je crois qu'il sera toujours un très bon religieux.

5. - *Suffrage.* - C'est pourquoi je donne bien volontiers mon suffrage pour sa profession.

Le Frère Murray n'a reçu l'habit que le 13 Novembre, jour de St. Stanislas. Il désiré beaucoup faire ses vœux le 23 Octobre en même temps que les cinq novices avec lesquels il a passée l'année de son noviciat. J'ose donc bien prier le Très Rev. Père Uurich de vouloir bien nous accorder cette faveur. La grande ferveur du Frère et sa fidélité aux grâces du noviciat suppléront, j'espère, à ce qui manque pour compléter l'année. Il ne manque qu'une vingtaine de jours. Aussi pour n'être pas en retard avec les autres étudiants de sa classe, il est à désirer qu'il se rende au plus tôt possible à Teignmouth.

Joannes Stevens CSSR
Magister Novitiorum

Bishop Eton
die 18 Septembris 1889

2. - Die 20 IX 1889 Pl. RP. H. Macdonald, Superior Provinciae Anglicae, hanc relationem Romam misit ad Vicesgerentem P. em Mich. Ulrich. In epistula eiusdem diei de Fratre Murray sequentia addidit (AG Pr. Angl. III 1889):

Le Frère Patrice Murray a reçu l'habit le 13 Nov. 1888. Le P. Maître prie V. Rev. d'accorder la permission à ce bon Novice de faire son oblation 20 jours avant que l'an complet de son noviciat sera fini. Peut-être il pourrait faire sa retraite avec les autres, et ensuite attendre le 13 Nov. pour son oblation; ou bien, faire son oblation le 23 Oct. et après attendre le 13 Nov. à Bishop Eton avec les novices. Je ne fais aucune demande à ce sujet, si non de prier V. Rev. de décider la chose pour le mieux. C'est plus facile sans

doute pour le P. Maître et pour le Frère Murray qu'il fasse la retraite avec les autres. C'est un sujet de grand mérite et de belle promesse.

3. - In responso ad P. em Provinciale Macdonald diei 27 IX 1889, Vicesgerens P. Ulrich gratiam petitam concessit his verbis (ibidem) :

Je dispense ce dernier [*Patr. Murray*] à cause de son excellente conduite et de ses qualités plus qu'ordinaires, des 20 jours qui manquent à l'année complète de son noviciat, à condition toutefois qu'il continue jusqu'au 13 novembre à faire à peu près les exercices du noviciat.

II. Relatio ad Curiam generalicam circa Fratrem studentem Patricium Murray

Ex relatione quam Sup. Prov. Macdonald de Fratribus studentibus in Teignmouth an. 1889/90 Romam misit (AG Pr. Angl. VIII Studentatus 1889/90; relatio an. 1890/91 non adest) :

32. R. F. Patritius Murray. Age 25.

1. *Santé* - très bonne.
2. *Studia* - I an de la Théologie Moral.
Talents - très bons et solides; application excellente.
3. *Spiritus* - Excellent Religieux. C'est un homme très pieux et spirituel. Je n'ai jamais rencontré de tels signes de dévotion tendre à la S. Vierge que dans ce bon jeune homme, même avant son entrée dans la Congrégation.
4. *Persévérance* - certaine. Il sera bon à tout office, et très bon probablement à celui de Supérieur.

III. Excerpta ex « Relationibus visitationum canonicarum » de P. e Patricio Murray, an. 1888-1906.

1. - An. 1888. - Visitator Sup. Prov. anglicae, P. H. Macdonald.
Collegium Bishop Eton: « Novices choristes... Frater Murray, excellent à tout égard. » - (AG Pr. Angl. V 2, 1888, p. 11).

2. - An. 1889. - Visitator, idem ut supra.

Collegium Teignmouth: « Étudiants... RF Patritius Murray. - *Santé*. forte. - *Talents*: bons. - *Application et jugement*: excellent - *Esprit*: tout à fait

excellent. Il est de grande promesse pour les œuvres intérieures de la Congrégation ». - (Ibid. 1889, p. 46-47).

3. - An. 1890-1893: relationes visitationum de his annis desunt.

4. - An. 1894. - Visitator extraordinarius Cons. gen.lis I. Magnier. *Collegium Limerick*: « RP Patritius Murray. Cum licentia Provincialis Rector eum in laboribus apostolicis in Scotia exercebat; deinde Limericensem translatus fuit. Signa dat spiritus excellentis, zeli, prudentiae, iudicii practici, et in genere signa eorum quae in Congregatione virum vere utilem facient. » - (Ibid. 3, 1894).

5. - An. 1895. - Visitator Sup. prov. anglicae, P. E. Vaughan. *Collegium Dundalk*: « Le second Noviciat... RP Patrice Murray. - *Santé*: bonne. - Très fervent; d'un *esprit* religieux exceptionnellement bon; il ne lui manque que l'âge pour rendre de grands services: il est sérieux pour son âge et de jugement solide. Ses *talents* ne sont pas brillants, mais il fait bien tout, et devient bon Missionnaire. » - (Ibid. 4, 1895).

6. - An. 1896. - Visitator, idem ut supra. *Collegium Perth*: « RP Patrice Murray. - *Santé* un peu faible, mais suffisant. [*Esprit*] excellent sous tous les rapports sans exception. [*Talents*] capable plus tard de toutes les charges. » - (Ibid. 1896).

7. - An. 1897. - Visitator Cons. gen.lis P. I. Schwarz, qui in Angliam missus est intuitu separationis regionis hibernicae a Prov. anglica, quae deinde 28 I 1898, perfecta est. - Desunt descriptiones singulorum Patrum.

Abhinc agitur de Relationibus Prov. hibernicae. - Selecta tantum testimonia damus.

8. - An. 1900. - Visitator Sup. Prov. hibernicae, P. A. Boylan. *Collegium Belfast*: « RP Patritius Murray, valetudo robusta, humilis, exemplaris, sua vocatione valde contentus, laboriosus in agendo et studendo. Praefectus studentium, annos habet 35. » - (AG Prov.Hib. II 4, 1900). - NB. Est primus annus, quo P. Murray in propria Provincia commoratus est.

9. - An. 1902. - Visitator, idem. ut supra. *Collegium Belfast*: « R.P. Patritius Murray, Praef. studentium, Lector in Theologia morali, Admonitor Rectoris. De eo idem est dicendum ac de P.e Kilbride; annos habet 37. - R. P. Patritius Kilbride, Lector in S. Jure canonico: verus et genuinus Redemptorista, in quo dolus non est. » - (Ibid. an. 1902).

10. - An. 1903 - Visitator, idem ut supra. *Collegium Belfast*: Provincialis eandem laudem repetit de P.e Murray sicut de P.e Kilbride: « Verus et genuinus Sancti Alphonsi filius. » - (Ibid. an. 1903).

NB. - An. 1904 Rector Maior ipse visitationem extraordinariam in Prov. hib. instituit, de qua adest relatio, seu potius chronica visitationis, cum imaginibus domorum; at absque iudiciis singulorum Patrum.

II. - An. 1906. - Visitator Cons. provincialis P. O'Laverty, propter absentiam Sup. Provincialis in insulis Philippinis.

Collegium Belfast. « Initium visitationis feci 11 Junii. Hocce in loco omnia fausta. Tota communitas in observantia strictissima vivit. Res se melius habere animo pingere difficile. Hoc laudabilius, cursum tenere propter dissidia inter Episcopum et sacerdotes perdifficile. Deo gratias et Mariae; tum Episcopus tum sacerdotes hucusque nostros magni faciunt.

Status personalis :

Adm. R.P. Murray, Rector. Omni sub respectu admirabilis; non optime valere dolendum. » ... - (Ibid. 1906).

An. 1907 iam Patricius noster ipse, uti Sup. provincialis, visitationem peregit.

IV. Documenta ad nominationem P. is Murray uti Superioris Provincialis pertinentia

Ex archivo gen.li pauca quaedam de nominatione P. is Murray, tunc Rectoris in Collegio de Belfast, transscribere liceat.

Secundum usum tunc vigentem Superior Provincialis abscedens et duo Consultores provinciales propositiones circa nominandos novos Superiores Romam mittebant, de quibus in Consultationibus generalibus disceptatum est, priusquam ad nominationes ipsas perventum fuerit. (AG Pr. Hib. I 2, 1907).

Cons. gen.lis P. Ioannes Magnier, propositiones Provincialis et Consultorum provincialium uno textu reassumit:

1^o RR. Patres qui prima vice a Patre Provinciali et suis Consultoribus praesentantur pro munere Rectoris localis...

2^o De Provinciali.

Rev. P. Boylan praesentat Rev. P. Patr. Murray et P. Patr. Griffith.

Rev. P. Power praesentat Rev. P. Patr. Murray et P. A. Boylan.

Rev. P. O'Laverty praesentat Rev. P. A. Boylan, P. Murray et P. Griffith.

Omnes opinantur quod P. Griffith sit excellens Magister Novitiorum. P. Power eum considerat inaptum ad officium Superioris Provincialis. P. O'Laverty eum assignat ultimum locum.

Omnes vident in Rev. P. Patr. Murray qualitates excellentes, sed P. O'Laverty putat quod ipse sit quasi necessarius pro Collegio in Belfast.

P. Boylan opinatur, quod, etiamsi sit Provincialis, morari debet in Belfast maiore anni parte. Rev. mus Episcopus est vir difficilis, et pro Patre Murray aestimationem summam habet.

Omnibus consideratis mihi videtur quasi necessarium nominare P. Murray Superiorem Provinciale.

[*Sequuntur expositiones circa cetera officia in Provincia obtinenda*].

Hisce positis, iuxta varias relationes receptas, sequentes nominari possunt ad varia Officia:

Superior Provincialis Rev. P. Patr. Murray.

Cons. Adm. Rev. P. O'Laverty (Edw.).

Cons. Secr. Rev. P. Thomas Walsh.

In Collegio Limerick ad S. Alphonsum...

Dundalk ad S. Ioseph. *Rector* Rev. P. A. Boylan. [*postea nomen discussatum, et superscriptum*: Patr. Kilbride]...

V. Epistula P. is Provincialis Murray
ad Consultorem gen. lem P. I. Magnier
(AG Prov. Hib. II 3, 1908)

J.M.J.A.T.

Mt. St. Alphonsus
Limerick
Easter 1908 [19 IV]

Very Rev. and dear Fr. Magnier,

Dont be scandalised at the type-written letter. An old machine used in the Boer War, and cast aside since then, was given me, and to please the donor, I wanted to try it before refusing it. I now find that with a few trials I can write even quicker than with the pen, and would like to know is there anything against the rule in using it, as several complaints have been made against the legibility of my writing.

There is no further news about Down and Connor. I enclose that letter of Dr. Boylans wick I referred to in my last. I think it clearly shows the Bishops recommended Fr. Tohill. As there is still a possibility of my being on, I should like you to find out, if you can, what privileges Dr. McDonald C.S.S.R. had. If I am put on, I am determined to be as much a C.S.S.R. as Canon Law will allow. Could not the Vow of Poverty be modified so as to make it possible for me to keep it. Could not my private Account be subjected to the Provincial every year at a kind of Can. Visit. At any rate the Congregation would be the real owners of anything that would come to me as my own. I am determined, whether or not that it will all go to the Congregation. I think that should be enough to preserve the essence of the Vow of Poverty. The Vow of Obedience could be arranged by my being a kind of Hospice — I am presuming there would be objections to my living at Clonard — or be a member of Clonard Community and could make my monthly Retreat there, and my ten days in one of the other houses.

If put on, I am also determined to have Our Lady's picture in my arms, with the motto: « Perpetuo nobis succurre », or: « Maria de Perpetuo Succursu ». Perhaps you do not know that Murray in Irish is litterally translated into Latin as: « Marianus », i.e. belonging to or like Mary, and it means

our Lady and no other Mary, because in Irish the name of our Lady is spelled differently from Mary, the Christian name, and in Murray it is spelled same as in our Lady's name. This would be a good ostensible reason for having her in the arms. But the real reason would be what you likely know I owe her, and also she will be my only hope in case I am put on.

I am sending this in order to be prepared for the worst in case it comes. I will read through to-morrow all the letters I got from you lately, and see to various commissions neglected on account of my absence from home. I am perfectly indifferent in will now and only want what is God's Will, but it will naturally be a great consolation to me if I am off:

Your devoted servant and child,

Patrick Murray C.S.S.R.

VI. Excerpta ex *Cronaca della Casa Generalizia*, Vol. II, ann. 1907-1909

1. - ||261|| 1909 Maggio 1, Sabato. - Alle 7¾ è incominciata in Chiesa la Messa solenne votiva de Spiritu Sancto cum *Gloria et Credo*; Celebrante M. R. P. Bresciani, Diacono M. R. P. Favre, Suddiacono M. R. P. Brors. Hanno assistito tutti i Padri Capitolari, ma senza cotta, parte stando nel presbiterio, parte nelle gallerie superiori, e parte all'organo; questi ultimi, suonando il R. P. Walter l'organo, hanno cantato la Messa degli Angeli.

Alle ore 9.20 circa tutti i Padri Capitolari si sono riuniti nell'Oratorio, e dopo breve orazione a Gesù Sacramentato, intonato dal Rev.mo P. Raus il *Veni Creator*, a due a due, recitando detto inno, si sono avviati nell'aula capitolare, dove, compite le altre preghiere prescritte, hanno proceduto alla elezione del nuovo Generale, che nella mattinata non si è effettuata. Sono usciti dall'aula alle 11¾ e vi sono stati varii scrutinii.

Alle 16 hanno ripreso gli scrutinii fino alle 19.10 senza alcun risultato. Dopo circa 20 minuti di sospensiva sono tornati al lavoro, decisi di raggiungere lo scopo con l'aiuto di Dio.

I voti che nella mattina si sono aggi-||262||rati in maggioranza sopra il M. R. P. Schwarz ed il R. P. Van Rossum, questa sera si versano sul R. P. Van Rossum che giunge ad averne fino a trenta, ed il R. P. Kronenburg che alcune volte ne ha lo stesso numero.

Impossibile di venire alla decisione dei suddetti, si ricorre ad un altro candidato che dopo quattro scrutinii raccoglie ben 38 voti, cioè uno di più del necessario. Sono le ore 21.30; la Comunità che ha aspettato inutilmente tanto tempo, ha pensato andare a cena, ed ecco: quando questa è in sul finire, un prolungato suono della campana comune ci annunzia « *Habemus Pontificem* », eletto dopo 26 scrutinii.

E' desso il M. R. P. Patrizio Murray, Provinciale d'Irlanda; nato il 24 Nov. 1865, professato il 23 Ott. 1889, ordinato sacerdote il 10 Sett. 1890.

Al Rev.mo P. Raus resta il titolo di Rettore Maggiore Emerito.
 2. - ||263|| 1909 Maggio 2, Domenica. - Alle 9 i RR. Padri Capitolari si radunano onde firmare l'atto della elezione del Rev.mo P. Generale Murray. Quindi alle ore 11.20, dato il segno con la campana comune, ci raduniamo tutti nell'Oratorio; l'altare è preparato con solennità. Indossato i sacri paramenti, assistito dal M. R. P. Bresciani e dal M. R. P. Magnier, esposto dal P. Scolari, che funge da cerimoniere, il SS.mo Sacramento, il Rev.mo P. Murray recita la professione di fede e presta il giuramento, come prescrivono le nostre regole. Dopo ciò si recita il *Te Deum*, ed il neo-eletto Generale impartisce la benedizione col Venerabile. Deposti i sacri indumenti torna all'altare, ove, sedutosi in apposita poltrona, riceve l'obbedienza di tutti i presenti. - Il primo è il Rev.mo P. Raus, il quale umilmente gli si inginocchia avanti, chiedendo la benedizione.

Durante il pranzo, nel quale regna la più schietta allegria, si fanno varii auguri. Incomincia il Rev.mo P. Raus che con voce forte e chiara ringrazia i Padri Capitolari e augura ad essi, al suo successore, a tutta la ||264|| Congregazione tutto il bene possibile ed immaginabile. S'alza di poi il M. R. P. Provinciali Toti e fa auguri così al Generale eletto come al Rev.mo Generale Emerito. Da questo momento tutti i Provinciali, ed anche alcuni altri Capitolari, l'uno dopo l'altro, brindano ai due Generali. Meritano speciale menzione il P. Losito, che augura loro l'età e la santità del nostro S. P. Alfonso; il M. R. P. Allet lo spirito e la protezione di S. Teresa, di cui fu tanto devoto S. Alfonso. Il R. P. Walsh, Irlandese, dice che certamente per la sua Provincia la nomina a Rettore Maggiore del P. Murray è un danno e un sacrificio, ma sopportano ben volentieri l'uno e l'altro per il bene di tutta la Congregazione. In fine fa gli auguri il R. P. Nemeč, dicendo che la sua Provincia, essendo l'ultima (39), non deve fare altro che rispondere « amen » a quanto hanno detto gli altri. - Si intuona « Chantons amis ecc. » Il R.mo P. Murray conchiude ringraziando ed annunciando il programma del suo Generalato, che sarà « Charitas », « Mi farò tutto a tutti ».

Una salva d'applausi coronò i varii auguri.

||265|| Alla sera il Rev.mo P. Generale Murray da in Chiesa la benedizione, mentre tutti i Padri Provinciali circondano l'altare tenendo ciascuno un cero acceso. - Dopo la benedizione parte del popolo viene a baciargli la mano in sacrestia.

(39) Agitur de Prov. Pragensi, erecta 26 IV 1901.

ROBERT CULHANE

MOST REV. FATHER PATRICK MURRAY (1865-1959)
SUPERIOR GENERAL, C.S.S.R., 1909-1947

BIOGRAPHICAL OUTLINE OVER THE YEARS 1865-1909.

INTRODUCTION.

Sir Peter Lely was at his best when painting court beauties. He knew, too, how to play his cards with people that mattered. A favourite at the court of Charles I and of Charles II, he was still in favour during the Commonwealth. During this period his ability and tact stood one unusual test. Oliver Cromwell (according to a story evidently not maimed in the telling) charged him to include in his portrait « all these roughnesses, pimples, and warts, and everything you see, otherwise I will never pay a farthing for it ».

Father Patrick Murray was obliged to suffer the attentions of a photographer on a few occasions. Nothing would have annoyed him more than a literary portrait, especially one leaning somewhat on his merits. « I know » he said once, « that a necrology, with an account of one's virtues, is prescribed but I do hope that I will be spared one ». Fortunately in the past obedience to like wishes has been more honoured in the breach than in the observance. Had it not been so the world would have been the poorer for much of the literature that has nourished and improved millions.

Literature is meant to express excellence. Let it not be thought for a moment that literature, even of the humblest type, is offered in the following pages. Apart from other considerations the circumstances of their composition prevent any such claim. They were written in moments spared from the rush and roar of missionary life. Moreover this account of Father Murray does not claim to be critical in the scientific sense.

A main part of my task was to collect information on Father Murray's life up to the time of his election as Superior General. This was no small difficulty. Records for his years in the Congregation were few and scattered and had to be collected, almost entirely, through correspondence. The Provincial archives of the Irish Province, though well kept for the period under review, date only from 1898, the year of the foundation of the Province.

Despite the rigidly self-effacing quality of his character as Superior General, Father Murray could not effectively avoid public notice or ruthlessly suppress records of his activity. Before 1909 his freedom to avoid notice of every type was greater and makes the effort to build up his biography for those years extremely difficult. I have asked people who knew him well to state their views on him. Unfortunately most of the people who knew him best predeceased him. It must be borne in mind that he had reached the age of discretion before St. Teresa of the Infant Jesus was born. He outlived practically all his contemporaries by a score of years.

For the period Patrick Murray spent as a student in Maynooth and also to a considerable extent for the account of his vocation I had to depend much on the *Curriculum Vitae* which he wrote as a novice. This document needed delicate handling. In it dates and names of persons are scarcely ever given and scant attention is paid to chronology. The *Curriculum* runs to twenty two closely packed pages. The handwriting is neat and well formed but much smaller than that used by Father Murray in later years. One gets the impression that he is writing against time and is determined to cramp a lot of matter into a limited amount of paper. Spelling is faultless but the sentences suffer from haste. Clauses forgotten at first are loosely tagged on at the end. However, the meaning of the overburdened sentences is usually sufficiently clear.

Giving the account of his vocation as a novice he is concerned almost exclusively with the impact opposition from his relatives had on his own state of soul at the time. The « why » of the opposition is never explained. If anything the *Curriculum* is on this point likely to mislead one who has not the aid of independent information to interpret it. Fortunately Father Murray did very clearly provide that information in later years and especially in conversation with the Redemptoristine nuns in Dublin. Without this explanation, and the clear grasp the good Sisters got of it, the opposition Father Murray suffered on account of his vocation would be most puzzling especially to Irish readers. The hardness of the opposition was due almost exclusively to the spectre of « a spoiled priest » in the family. Our priest novelist, Canon Sheehan, who died in 1913 wrote one of his short stories on the spoiled priest. Explaining the expression for outsiders he added this note: « This is the term used in some parts of the country to express the failure of a student who has just put his foot within the precincts of the Sanctuary and been rejected. Up to quite a recent period such an ill-fated youth was regarded by the peasantry with a certain amount of scorn, not unmingled with superstition. Happily, larger ideas are being developed on this subject ».

With the advantage of other sources of information I have been able to supply names and dates where necessary and to mark the broad essential lines of chronology. Fortunately the Maynooth College Calendar for 1884-1889 was available and this was a great help to me in a number of ways.

Finally this account is offered as an appreciation. As such it necessarily belongs to that type of biography termed *engagé* - it is conditioned by a

point of view. But within these limits I have tried to present the profile of Father Patrick Murray with sympathetic impartiality.

I. EARLY YEARS (1865-1880)

Et erit tamquam lignum, quod plantatum
The beginning of the Redemptorist foundation in Belfast took place on the feast of All Saints, November 1, 1896, when Father Patrik Griffith and Father Walter Lambert took temporary possession of a building called Clonard House. A bare room served as a chapel and Father Griffith said Mass before a picture of Our Lady of Perpetual Succour in the presence of a small congregation. A short time later the community of two Fathers was increased to four.

The new foundation served the most densely industrialized area of Belfast. In those days work began early in the mills. After two hours there was a break of an hour for breakfast. A Mass at Clonard was so arranged that the workers could attend it during this respite. When at 8 a.m. the mill horn sounded for breakfast there was a rush for Clonard where

(33) These statistics are based on a reliable Protestant source of information, a pamphlet entitled *Irish Protestantism: to-day and to-morrow*. It is a demographic study by R.P. McDermott and D.A. Webb, published by A.P.C.K.

Mass began five minutes later. After Mass there was a hurried meal and the workers were back at the mills by 9 a.m. On Sundays as many public Masses as possible were provided for the people and there was an overflow congregation at each of them.

At best the chapel at Clonard House could accommodate only a small number of worshippers. More space was urgently needed for the crowds who could find no room. The Fathers had been planning to meet — at least to some more comfortable extent — the needs of these people. On Easter Sunday, April 18, 1897, they had ready for public worship a plain temporary church which seated nine hundred people.

It was now necessary to provide a suitable monastic home for the Redemptorist community which all this time occupied Clonard House. The foundation stone of the monastery was blessed and laid on the feast of Our Lady's Assumption, 1898, by Most Reverend Dr. Henry, Bishop of Down and Connor. The community took up residence in it, May 2, 1900 — just about three months before Father Murray came to Clonard as Prefect of Students. In the course of an article on the completed monastery, Belfast's Catholic daily *The Irish News* said: « In this noble pile God's work will go on, it is to be hoped, for centuries to come; from it spiritual blessings will flow on our people and to it their children will turn as of old they turned to the ancient monasteries of Bangor and Clonard (34). They will come to modern Clonard as to a mother and a guardian ».

The erection of the temporary Church and the completion of the permanent monastery prepared the way for the « Perpetual Mission » which began in Clonard during the closing years of the last century and has gone on increasing in vigour and scope ever since. That Mission was effectively strengthened by the foundation, successively, of the Confraternities for boys, men and women.

A boys' Confraternity — to be immediately followed by a Confraternity for men — was started under the guidance of Father Patrick Griffith July 30, 1897. By the end of 1897 the mens' Confraternity numbered 740 members and the boys' division had 500 members. At the present time membership of the Clonard Holy Family Confraternity — men and boys included — approaches the ten thousand mark.

The Clonard Confraternity for women, under the patronage of Our Lady of Perpetual Succour and St. Alphonsus, was established by Father Griffith June 20, 1897. At the first meeting there were seven hundred members present. To-day the membership is about eight thousand.

Such was the state of Redemptorist progress at Clonard when in

(34) The Irish Abbey of Bangor was situated on the southern shore of Belfast Lough. Its founder was the sixth century St. Comgall. From Bangor, Saints Columbanus and Gall left, the former to found Luxeuil and Bobbio, the latter to become an apostle of Switzerland and founder of the Abbey of St. Gall. - The Monastic school of Clonard was situated on the river Boyne which almost exactly marks the division between the geographical northern and southern halves of Ireland. The founder of this school — outstanding in sixth century Ireland — was St. Finnian who won wide recognition for his expositions of Sacred Scripture.

1900 Father Murray and the students arrived there. Every part of the Apostolate carried on in the spiritual power house of Belfast won his admiration but the Holy Family Confraternity had a place apart in his heart. At every period of his Redemptorist career the Limerick and Belfast branches of this Confraternity were sources of holy joy to him. In 1957 the Editor of RIS published some facts about the Apostolic labours in the Irish Province. The General Emeritus wrote him from Limerick a note of thanks making this remark about the work of the Holy Family Confraternities, « Est miraculum a J.M.J. et B.M.V. de P.S. operatum ad rogatum sanctorum Fundatorum, Limerici Patris Bridgett et Belfast Griffith. Deus voluit iterum patefacere Se auctorem esse omnis boni, nosque machinas in manibus Eius ad operandum per Ipsum et cum Ipso et in Ipso, cui omnis honor et gloria ».

Together with the office of Prefect of Students, Father Murray also held the chair of Moral Theology at Clonard. In this capacity he was prepared — on rarest occasions — to give a solution which at first sight appeared not to tally with received opinion in the schools. Once, for instance, he posed the question: « Is it, in all circumstances, a serious sin for a private individual to kill a landlord? » Resting on the experience of life as he had known it in Donegal the class got from him the clear indication that there were times and places in which the killing of a landlord was no murder.

In 1902 Father Murray made his first visit to Rome. In that year Most Reverend Father Raus celebrated the Golden Jubilee of his profession. Father Andrew Boylan, the Provincial, decided to accept an invitation to be present at the festivities in Rome and he took the Prefect of Students as his companion. Speaking about this visit more than thirty years afterwards Father Murray said: « That was the one occasion I made a tour of Rome. With Father Boylan I went to see some celebrated churches and a few other places of interest ».

In April, 1904, Father Murray was appointed Rector of Clonard Monastery. His first lecture to the community drew the lines strongly on charity as the most important feature of Redemptorist life. « One hears » he said, « at times of a possible clash between the letter of the Rule and charity. If such a clash occurs the guiding principle is clear — charity must always prevail ».

Father Murray considered that Irish Redemptorists owed a special debt of *pietas* to Most Reverend Father Raus because under him their Province was erected. In July 1904 he had the privilege of welcoming the Superior General to Clonard when he came there for the Canonical Visitation. His Paternity, with his Secretary, Father Reuss (35), remained in Clonard for

(35) Father Francis Xavier Reuss (1842-1925) was distinguished as a linguist and an epigraphist. He acted as secretary to three Redemptorist Generals, Fathers Mauron, Raus and Murray. He published a number of Collections of Latin poems which were appreciated by experts. He was requested to write some of the hymns for the Breviary and Cardinal Mercier was pleased when he agreed to write those which were included in the Office of Our Lady Mediatrix of Graces.

eight days and both were edified at the sight of thousands of members of the Holy Family Confraternity receiving Holy Communion on Sunday morning.

Later that same year the Rector of Clonard was happy to welcome Father John Herrmann and a group of French Redemptorist students who came to spend their vacation in Clonard. Father Murray and Father Patrick Kilbride (the Prefect of Students who succeeded him) did everything they could to show them real Alphonsian hospitality. The charity of the Rector of Clonard went out to them all the more because in their own country they were facing a serious crisis. Radical elements in the French Government sought excuses to break the Concordat with the Holy See while other members were more or less indifferent and too ready to yield to political opportunism. The desired excuse was found on April 24, 1904, when the Prime Minister of France, M. Combes, paid an official visit to King Victor Emmanuel III at the Quirinal. Because of the estrangement which had lasted between the Quirinal and the Vatican ever since the Piedmontese troops breached the walls of the Eternal City on September 20, 1870, this visit provoked a protest which Cardinal Merry del Val directed to the governments in diplomatic relations with the Holy See. The French Prime Minister used this protest as an excuse for the withdrawal of his ambassador. This happened in May 1904 and a short time later — pretending to take offence at a decision of Pope Pius X which was purely ecclesiastical — he broke off diplomatic relations with the Holy See. At the time Father Herrmann came to Clonard, Redemptorists and other French priests and seminarists were suffering many annoyances from the civil power. It was not surprising then that the charity and sympathy of Father Murray went out to the French confrères in their hour of trial. As a result of the difficulties that have been mentioned Father Herrmann, the Prefect of Students of the Paris Province, five professors and nineteen students from that same Province had their temporary home at Bishop Eton, Liverpool. Other Paris students accepted the hospitality of the confrères of the Lyons Province in their House of San Bernardo, the Republic of Chile.

In August 1904 Father Murray secured the settlement of a question which had been a cause of trouble to the community at Clonard since the beginning of the foundation. In the grounds which now form the pleasant garden of the monastery, there was a pond which was an eyesore. It was the property of the Clonard Mill Company. The Fathers made a number of efforts to buy the property but always failed. The Company demanded an exorbitant price — at one time £2000 and later on £1,500. Finally Father Murray, aided by the advice of Mr. Frank Kerr as solicitor, carried through the purchase of the pond for £800.

Under the direction of Father Murray and Father Patrick Kilbride, the students, members of the Holy Family Confraternity and some hired labourers set to work to transform the mill-dam and pond into a garden. In the course of time the plan for which Father Murray prepared the way produced the best laid out garden of any of the houses in the Irish Province.

Commenting on the scheme of transformation the chronicler of the period wrote: « *Lacus inferus tandem mutatus est in locum refrigerii* ».

The Passionists are the only other religious priests labouring in Belfast. Father Murray was anxious that the bond of union between them and ourselves would be an example of charity and friendship to all others. A General Mission in the Churches of Belfast during the Lent of 1906 gave him an opportunity to put this policy into practice. With another Father he preached the mission in the Passionist Church and the Passionists occupied the pulpit at Clonard.

IX. IRISH PROVINCIAL (1907-1909)

*Aquae multae non potuerunt extinguere charitatem,
nec flumina obruent illam.*

Many waters cannot quench charity,
neither can the floods drown it.

Father Murray was destined for higher office. An unusual event brought about his appointment as Provincial before his first term as Rector was completed. On March 8, 1907, Father Andrew Boylan received official news that he had been appointed Bishop of Kilmore in Ireland. Father Boylan had been Bursar of Maynooth College when in 1887 he decided to enter the Congregation. In 1898, when Ireland was erected as a Province, Father Raus appointed him Provincial.

The nomination of Father Murray as successor to Father Boylan took place March 19, 1907. The Belfast Catholic daily reporting the news said: « The appointment of Very Reverend P. Murray, C.S.S.R., Clonard, to the exalted position of Provincial in Ireland of the great Order to which he belongs will be welcome news to his many friends in Belfast. As a preacher he is well known to the readers of *The Irish News*, as on several occasions his eloquent sermons in the cause of charity have appeared in our columns ».

Father Murray's departure from Clonard — he had been both Rector and Director of the Womens' Confraternity — calls for a survey of the effect of the Apostolate of the Fathers in Belfast on the life of the city. That Belfast is to-day (more than most European cities) a haven of peace, is due in no small measure to Father Murray and the confrères who laboured there sixty years ago. They preached the Gospel of Christian Charity which gave the sorely tried Catholic citizens a spirit of patient endurance in face of day to day discrimination, where material benefits are concerned, and the *odium religiosum* which is a dire heritage of the Reformation.

The poem cited at the beginning of chapter VIII visions the pure waters of a river, symbolically named after an ancient Irish Chieftain, coursing through the beautiful countryside that surrounds Belfast and flowing through a city of ruined homes and stricken families. The picture is a sad and a

true one but it belongs to the past. There are solid hopes that it witnesses a history which will not repeat itself. « Many waters cannot quench charity ».

In his public addresses to the communities after his appointment as Provincial, Father Murray sounded an austere note. Some prepared themselves in mind and soul to live under a severe Superior. The preparation was unnecessary. Admittedly Father Murray was a strict Superior insisting on exact observance of the rule but in his personal dealings with the members of the Province he was kindness itself.

Nolo Episcopari (1908)

Father Murray had been Provincial for only a year when he had to suffer three months of severe anxiety. Dr. Henry Henry, Bishop of Down and Connor (the diocese in which Belfast is situated), died suddenly. At a meeting of the parish priests of the diocese after the month's mind, March 30, 1908, the voting for the selection of a new bishop was: Very Reverend Dr. Lavery, Vicar Capitular and parish priest of St. Matthew's, Ballymacarrett — 25 votes; Very Reverend Father Patrick Murray, C.S.S.R., Provincial Superior, Mount St. Alphonsus, Limerick — 25 votes; Father John Tohill, parish priest, Cushendall — 4 votes. Father Murray at once pleaded every possible reason to secure that his appointment to the bishopric would not be made. But there was week after week of suspense. His worries were increased by the knowledge that there were two parties among the clergy of the diocese and his election had the support of one party.

Finally the Irish newspapers of July 14, 1908, carried a telegram from Reuter's news agency to this effect: « In deciding between the three ecclesiastics nominated by the parish priests of the diocese of Down and Connor, Propaganda acted on the representation of the bishops of the province of Armagh that the appointment of either the Very Reverend Dr. Lavery or the Very Reverend Patrick Murray, C.S.S.R., might serve to perpetuate the recent divisions in the diocese ». Referring to Father Murray the press reports said: « It will be remembered that at the recent election for the bishopric of Down and Connor he shared with Very Reverend Dr. Lavery the honour of being *Dignissimus* in the *terna* submitted to Rome ». It so happened that Father John Tohill, who had received the least number of votes, was appointed to the See of Down and Connor.

By anticipating a few years we get a pleasant view of Bishop Tohill and Father Murray, on an occasion of great importance in the history of the Irish Province. That occasion was the solemn opening of Clonard Church of the Most Holy Redeemer. On Saturday, September 30, 1911, Father Murray — by this time Superior General for over two years — blessed the church. The next day, Rosary Sunday, His Paternity said Mass at the High Altar of the new church and afterwards went to assist at the last Mass to be offered in the old temporary church. At 11 o'clock he returned to the new church and with his own hand rang the bell to summon the people

for the first solemn Mass in that House of God which has ever since been to them a Gate of Heaven.

The solemn Mass began at 12 o'clock and Bishop Tohill preached a sermon which gave interesting sidelights on the origin of the Clonard foundation. As far back as the fifties, he told the people, there was question of bringing the Redemptorists to Belfast. At that time the proposal was to give them a foundation near to Queen's University College so that Catholic students attending lectures there would benefit by their apostolate. Difficulties arose and this proposal did not materialize. Twenty years later another effort to get the Fathers to Belfast failed.

In 1895 when Bishop Henry came to rule the diocese of Down and Connor he was determined to bring the Redemptorists no matter what difficulties stood in the way. In the « Falls » — the area surrounding Clonard — there was even at that date a population of 30,000 Catholics. To provide places of worship for that considerable population there were only the two parish churches, the one dedicated to St. Peter and the other dedicated to St. Paul. Five Masses were celebrated in each of them on the Sundays. Although there were overflow congregations at all the Masses the number was not at all sufficient to meet the needs of the people. « It would hardly be an exaggeration to say » concluded Dr. Tohill, « that even on a Sunday when it rained very heavily the two Catholic churches in the Falls had as many worshippers as all the Presbyterian and Episcopalian churches of Belfast put together ».

After the Mass Dr. Tohill and a representative gathering of the priests of Down and Connor dined in the Monastery refectory with Father Murray and the Redemptorist community. Father Murray proposed the toast of the bishop and the clergy of the diocese in what was regarded by all as a splendidly tactful and sincere speech.

In reply Dr. Tohill touched in graceful language on Father Murray's determination to cling to his principle of *nolo episcopari*. However, remarked the bishop, he escaped ruling the diocese of Down and Connor only to find himself a few years later Superior General of a world wide Order. That was a position of greater importance and responsibility.

Concluding the account of the solemn opening of Clonard Church the archivist of the Irish Province wrote: « Clonard Church is a monument to Most Reverend Patrick Murray. Work on it began while he was Rector, as Provincial he watched over the progress of its construction and when it was completed and dedicated he ruled the Congregation as Superior General ».

Appendix on
FATHER EDMUND VAUGHAN

It has been mentioned that Father Edmund Vaughan was for a period the Spiritual Director of Father Murray. Father Vaughan was the last Provincial with jurisdiction over the Redemptorist Houses in Britain, Ireland, and Australia, before the erection of the Irish Province in 1898. He was never attached to a community in Ireland and consequently the archives of the houses then in existence have only casual references to him. The Irish Provincial archives date only from 1898 and are, likewise, without worthwhile notice on him. To make good the lack of information on Father Vaughan my Australian confrère, Father Samuel J. Boland, has kindly supplied brief jottings. Apart from a few changes they are given here exactly as they left his hand:

Edmund Vaughan was born in 1827 at Courtfield, the family home, the youngest of 19 children — they were giants, these Vaughans! Since he lost both his parents while he was still a child, he grew up with the family of his eldest brother, Colonel John Francis Vaughan, so that in his earliest years he was the close companion of his more famous nephews, Herbert (later Cardinal) and Roger Bede, who was Archbishop of Sydney when Edmund brought the C.S.S.R. to Australia.

Edmund was already a deacon when he came to the Congregation in 1849. Fellow novices of his at St. Trond were Coffin, Plunkett (36), Bridgett, Furniss. As a Missioner he does not seem to have won much renown for his preaching, but when he came to Australia he was said to be a capable theologian. He had translated some of St. Alphonsus' hymns and composed some of his own, and these have remained in use down to the present.

In 1867 he introduced the Congregation into Scotland, becoming first Superior at Perth. This was, incidentally, the first religious house to be founded in Scotland since the Reformation. He remained in Perth until 1880, and in the following year received his nomination as Superior of the foundation to be made in Australia.

Vaughan's companions in the first foundation were Frs. T. O'Farrell, J. Hegarty, H. Halson and Bros. Lawrence Watters and Daniel Gleeson (uncle of Edmund, Bishop of Maitland in later years). A foundation was made at Singleton in the Maitland diocese early in 1882. It proved most unsatisfactory right from the start, as the Fathers had charge of the parish and had to combine the pastoral work with a very extensive activity on the Missions. Five years later the Singleton foundation was resigned and the community moved to the fine monastery Vaughan had built at Waratah, a suburb of Newcastle, now Mayfield. In the following year a foundation

(36) Father Plunkett was the first Irishman to enter the Redemptorist Congregation in Europe.

was made at a place called Ebor near Ballarat. Ebor proved as unsatisfactory as Singleton, and again it took five years of negotiation before the community could be transferred to the present site at Wendouree. These two, Waratah and Ballarat, were the only permanent foundations made in the time of Vaughan, but they are still the two best equipped houses in our Province.

Vaughan is to be given much of the credit for putting the Missions on a solid foundation in Australia. The good reputation our Missions enjoy at present is certainly due in large measure to the tradition established in the beginning. During Vaughan's twelve years as Superior the work was almost without interruption. During the summer months — December to the end of February — when the heat made Missions impossible in Australia, a party of Missioners each year crossed to New Zealand. We are now reaping the benefit of the vigorous campaigning of those early years.

Vaughan left Australia to become Provincial in 1894. It is worth mentioning, perhaps, that his first report to Rome strongly recommended the separation of the Provinces, with Australia going with Ireland. He died at Bishop Eton in 1908.

A short extract from a letter of Mr. Joseph H. Vaughan, who looks like being the last of the line, may be of interest. He wrote it in answer to some of my own queries in 1957.

«It may interest you to know that about thirty years ago I was travelling in a train in Ireland and happened to be reading a copy of Horace's Odes which had been given to Edmund as a prize at Stonyhurst and on the flyleaf of which he had signed his name.

« There was a priest in the same carriage and we fell into conversation and it came out that he was a Redemptorist and had known and loved Father Edmund. When I showed him the book I was reading and the signature he burst into tears at the memory of his old friend and told me what a wonderful man he had been ».

I have found myself examples of equally warm friendships between Vaughan and his confrères. One good confrère wrote of Vaughan and Fr. O'Laverty shedding tears on receiving letters from each other. Fr. Plunkett, who succeeded Vaughan as Superior in Australia, begged the Roman authorities not to separate Australia from England as long as Vaughan was Provincial. His own successor, Fr. O'Farrell, used to speak of Vaughan as 'our grand old chief'. Their correspondence continued until Vaughan's death, and O'Farrell used to quote Vaughan's opinions to Rome when there was question of important decisions about Australian affairs. Father MacDonald, the Provincial, wrote of Vaughan: « Although he is very strict, there is no Superior more patient and sympathetic than he ».

DOCUMENTA

RAYMUNDUS TELLERÍA

D. IOSEPHUS DE LIGUORO, S. ALFONSI PATER
ADIT HEREDITATEM PATRIS SUI
D. DOMINICI DE LIGUORO
MORTUI AB INTESTATO an. 1728

In priore nostro articulo plura exscripsimus (1) de D. Dominico de Liguoro, S. Alfonsi avo paterno, militiae neapolitanae mancipato; plura autem de eiusdem familiaribus negotiis tractanda reliquimus in aptiorem opportunitatem. Hanc hodie advenisse credimus, dum accingimur ad edendum instrumentum aditionis hereditariae atque bonorum Inventarium, quod an. 1728 D. Iosephus de Liguoro, S. Alfonsi pater, exaravit ante regium notarium Carolum Palmieri. Quoniam vero successio hereditaria secum tulit inter familias quaedam dissidia, haec quoque parumper illuminantur ex aliis instrumentis notarilibus compendiatim decerptis. Familiae proinde de Liguoro vicissitudines internae magis clarescunt et oculis contrectamus statum bonorum mobilium aequae ac immobilium, quae patre D. Domenico vita functo in dominium D. Iosephi de Liguoro transmissa sunt. Ad penitiorum instrumentorum comprehensionem praeponimus succinctas dilucidationes:

1. - De primis ac secundis nuptiis D. Dominici de Liguoro.
2. - De eiusdem tertiis nuptiis.
3. - De illius filiorum sorte ac de consequentiis quoad hereditatem paternam intra cardinem illius aetatis.
4. - De probabili S. Alfonsi mediatione ad lites familiares componendas.
5. - De adiunctis aditionis hereditariae ac de nonnullis eiusdem exigentiis.
6. - De instrumento notarili aditionis hereditariae.

I. - *De primis ac secundis nuptiis D. Dominici de Liguoro.*

Quandoquidem in primo vitae suae stadio D. Dominicus de Liguoro regias triremes ac cohortes militum frequentavit, ideo castrorum leges atque incommoda subire coactus fuit, praesertim ad matrimonium opportuno tem-

(1) Cfr *Spic. hist.* 7 (1959) 229-230.

pore ineundum. Unde in praecedenti articulo illum induximus ex Hispania reducem atque nuptias primas contrahentem die 16 octobris an. 1668 domi, id est, Nolae, cum eximia matrona nolana D. Andreana seu Annella (2) Mastrillo. Haec profecto erat vidua sui propinqui D. Henrici Mastrillo, ex quo genuerat filiam unicam D. Eleonoram, secum in novum matrimonium portandam (3). Re quidem vera in infra scripto documento (p. 96) D. Dominicus describitur tanquam in familiam Mastrillo intrusus (« s'intruse nella di loro casa ») et quaestui suo nimis intentus, cum filiae suae privignae detrimento: utrum vero talis criminatio sit veritati conformis an contraria definire non valemus.

Ut cumque res habeatur, ex praefato matrimonio inter D. Dominicum et D. Andreanam nati sunt tres filii, scilicet: D. Iosephus (11 februarii an. 1670), pater S. Alfonsi, necnon D. Hieronyma et D. Hippolita seu Porzia, familiariter quoque nuncupata D. Poppa: at eorum mater D. Andreana e vivis discessit an. 1675 (4). Tum vero anno sequenti die 25 iulii in ecclesia neapolitana S. Annae de Palatio D. Dominicus ad secundas nuptias « tribus luminibus accensis » convolvavit cum D. Agnete di Franco, prout docemur ex libris paroecialibus (5) atque ab Inventario infra edito, ex quo liquet D.

(2) Ibidem (p. 230, nota 5) adduximus quamdam dubitandi rationem ex eo quod in matrimonii instrumento vocabatur Annella Mastrillo loco Andreanae Mastrillo, prouti hucusque passim fuit nuncupata. Iam vero documentum infra (p. 95) relatum nos erudit illam utroque nomine notam fuisse: unde diluitur quaevis dubitatio.

(3) Post mariti sui obitum, D. Andreana eiusdem hereditatem in beneficium filiae D. Eleonorae adire curavit: « Adhucio [sic] haereditatis qm. D. Errici Mastrilli. Die 23 novembris 1667 Neapolis, ante januam S. Dominici Majoris. — Ad preces m.ci Ill.mi Francis Antonii Capuzzi, Procuratoris D.nae D. Andreanae Mastrellae [sic], matris et tutricis D. Dianorae, filiae et haeredis qm. Errici Mastrilli ... Procurator ... asseruit qm. D. Erricum ex hac vita migrasse, relicta dicta Dianora, ejus filia et succedente in haereditate. Et dubitans dicta Andreana, ne dicta haereditas sit dictae Dianorae eius filiae prius damno quam lucrosa », exposulavit ut aditio bonorum fieret cum beneficio legis et inventarii. Inter creditores comparent Horatius Mastrillo, marchio delli Bardi, Abbatisa monasterii S. Spiritus civitatis Nolae, D. Cornelia Coppola, D. Ioannes Santorello, tutor Annae Mastrella, abbas Ioannes Vinc. Paulillo, abbas Hieronymus Mastrillo aliique, quorum nomina nobis portendunt ambitum familiae (Arch. di Stato-Napoli. Protocolli Notarili, Ioannes Carolus de Mita, 1667, f. 137).

(4) Circa hunc annum dubii pariter haesimus (*Ibid.*, 230), immo probabilius iudicavimus mortuam fuisse in primo semestri an. 1676. Modo tamen ex infra relata transactione (p. 96) constat ex hac vita migrasse an. 1675.

(5) « A dì 25 luglio 1676 tribus luminibus accensis per esser tre quarti d'ora di notte il Sig.r D. Domenico de Liguoro, viduo, della Parr^a del casale di Marianella, figlio dello qm. Sig.r D. Alfonso e della qm. Sig.ra... [album], e la Sig.ra D. Agnesa di Franco di questa Parr^a, non più casata e figlia del Sig.r D. Gio. e della Sig.ra Giulia de Novellis, ambi napoletani, hanno contratto matrim^o tra di loro per verba de praesenti vis et volo in chiesa iuxta formam S.C. Trid. et decretum Rev.mi Vic.ii Gen.lis neapol.ni in presenza di me D. Dom.co Falese Paroco sollen.te: quello furono testimoni il Sig. Emmanuele Pinto de Mendoza, Carlo Russomando e subd.no Ferrante di Calle » (Arch. Parr. S. Annae de Palatio, Lib. X matrim., 1672-1693, f. 48). Hoc cognomen di Franco, ex baronibus de Tenerola, permixtum erat cum aliis ramis ex stirpe di Liguoro, postquam Magdalena di Franco nupsit Vespasiano de Liguoro seniori (Cfr *Spic. hist.* 7 [1959] 211). Illam commemorat D. Vespasianus de Liguoro iunior: « Ego D. Vespasianus de Liguoro... constituo meum procuratorem m.cum U.I.D.rem D. Ioseph Nona in lite quam habeo pro liquidatione creditorum... qm. Magdalene di Franco meae aviae paternae adversus bona et Hereditatem qm. D. Ioseph de Liguoro mei patris. Neapoli 28 martij 1691 » (Arch. di Stato. Protocolli Notarili, Carlo Stefano de Vivo, vol. 2 Scripturarum, f. 24).

Dominico die 5 decembris an. 1676 traditam fuisse partem dotis uxoris suae. Finiente igitur an. 1676 coniuges DD. Dominicus et Agnes, aliis deinde propriis liberis non exhilarati, penes se alebant quattuor infantulos, videlicet: Eleonoram seu Dianoram pro utroque coniuge privignam, necnon Iosephum, Hieronymam et Hippolitam. Ex eodem infra citando Inventario plane constat D. Agnetem, immatura morte praeventam, legasse 500 ducatus privigno suo puerulo seu adolescenti D. Iosepho: unde fas est eruere haud egisse erga illum sueta novercarum aversione.

2. - *De tertiis D. Dominici de Liguoro nuptiis.*

Nos latent dies et annus obitus D. Agnetis, cuius cum D. Dominico nuptiae erant hucusque ignotae historicis, qui ex adversum adiudicarunt patritio neapolitano novum cum D. Hieronyma d'Amico matrimonium, secundas nempe nuptias iuxta eorum computationem, tertias autem secundum nostram. Quin etiam: eximius historiae alfonsianae cultor P. Dominicus Capone proposuit cohabitantes an. 1720 in domibus Marci Cafaro (6) intra paroeciam S. Michaëlis Archangeli « a Segno » (7) universos familiae consanguineos, videlicet tum S. Alfonsum eiusque fratres ac genitores, tum D. Dominicum cum tertia uxore D. Hieronyma d'Amico.

Ex parte nostra valde dolemus quod interea documenta a P. Capone allegata disparuisse videantur (8). Nec miretur quispiam hanc rerum incertitudinem: ex indubiis namque publicis instrumentis comprobamus familiam S. Alfonsi ante annum 1720 possedisse, praeter avitam Marianellae sedem, duas alias in urbe domos « palatias », aliam nempe in via Toledo iuxta carcerem S. Iacobi, aliam in suburbio Virginum ad subporticum López a D. Iosepho de Liguoro an. 1717 emptam; ast nondum fas nobis fuit stabi-

(6) D. CAPONE, *L'Abitazione di S. Alfonso a Napoli da giovane = S. Alfonso de' Liguori. Contributi bio-bibliografici*, Brescia 1940, 73-74.

(7) Ad faciliorem lectoris extra Neapolim intelligentiam nuncupavimus olim hanc ecclesiam, vere alfonsianam, titulo suo liturgico et genuino S. Michaëlis Archangeli, non autem vulgato et populari cognomento « S. Angelo a Segno », probe noscentes quod imago S. Michaëlis Archangeli praesidet altari maiori ecclesiae et quod oppidum cui nomen « Monte S. Angelo » seu Gargani manet sedes historici sanctuarii S. Michaëlis Archangeli (R. TELLERÍA, *San Alfonso M^o de Liguori I*, Madrid 1950, 105). Afirmatio nostra minus congrua visa fuit cl. P. De Meulemeester (*Origines de la Congrégation du T. S. Rédempteur I*, Louvain 1953, 17 note 6). Congruitatem vero ipse contrectabit, si perlegerit sequentem ecclesiae descriptionem ex officio a Visitatore an. 1714-1715 peractam: « La Regale e Parocchiale Chiesa di S. Angelo a Segno sta nella piazza detta d'Arco, e proprio attaccata al Seggio di Montagna. Dentro detta parocchiale chiesa vi è l'altare maggiore con quattro altre cappelle, ogn'una delle quali sta dirimpetto all'altra. Il sud^o altare maggiore sta eretto sotto il titolo di S. Michele Arcangelo e vi è la sua effigie sopra d'un quadro di legno, quale è antichissima e di grandissima stima, e tiene in testa una corona d'argento... Vi è una cappella sotto il titolo della gloriosa S. Anna, e vi è la sua immagine sopra d'un quadro di legno » (Arch. d. Curia. Sacra Visita, Francesco Pignatelli, III, 1714-1715, f. 101-105). Qui ergo hanc ecclesiam titulo vulgato appellare voluerit, utatur formula: « S. Angelo a Segno »: qui autem titulo genuino et liturgico, malit dicere: « S. Michele Arcangelo ».

(8) Documenta haec efformabant specialem fasciculum, ab archivista Curiae neapolitanae missum seorsum: sed iam a quinque annis in cassum exquiruntur et desiderantur.

lire terminum, a quo domicilium familiae sit adsignandum domui locatae aut domui propriis sumptibus acquisitae.

Matrimoniale legamen D. Dominici cum D. Hieronyma d'Amico reddit notum actus defunctionis eiusdem D. Dominici, quem ex originali Libro paroeciali S. Angeli « a Segno » transcribimus: « A 6 di marzo 1728. D. Domenico de Liguoro, marito di D. Geronima d'Amico, doppo ricevuti li SS. Sacramenti, passò da questa à miglior vita: et il suo corpo stà seppellito nella chiesa detta della Misericordiella fuori la porta di S. Gennaro » (9). Supra dictus defunctionis dies sextus martii anticipatur semel atque iterum in infra citandis documentis diei 23 februarii: discrimen, ut patet, non nimis grave; attamen quia in utroque casu agitur de actuariis exactis, quales praesumuntur parochus et notarius, menti quorundam subiit dubium de utriusque D. Dominici de Liguoro identitate. Hanc sane confirmaret factum quod vir D. Hieronymae de Amico sepultus ibidem dicitur in ecclesia S. Mariae «della Misericordiella» extra portam S. Ianuarii: quae profecto ecclesia eiusque Sodalitium custodiebant hypogeum, in quo humari consueverunt genimina patritia gentis de Liguoro.

Praecitatum vero dubium gravescere nonnulli censuerunt, ex eo quod in allegando Inventario atque in documentis eidem adnexis ne semel quidem nomen D. Hieronymae comparet nec pro eiusdem sustentatione introitus vel redditus cuiusvis generis praevidentur. Difficultas quidem per se stat; minuitur fortasse ex adiunctis nobis ignotis, ex. gr. ex infirmitate, qua post quattuor menses a viri sui obitu quievit in Domino ipsa D. Hieronyma, prout legimus apud eundem Librum (f. 88^v) paroecialem: « A 26 agosto 1728. D. Geronima d'Amico, moglie del qm. D. Domenico Liguoro, doppo ricevuti li SS. Sacramenti, passò da questa à miglior vita: il suo corpo stà seppellito nella nostra Parochia ».

Conclusio ergo nostra inclinatur ad amplectendam, saltem hodie tanquam magis probabilem, sententiam quae docet identitatem horum coniugum DD. Dominici et D. Hieronymae cum S. Alfonsi ascendentibus, quin tamen omnino excludamus contrariam, fortasse nobis documentis roborandam. Nec mireris quamdam animi nostri suspensionem, ortam ex aliis similibus homonymiis. In has enim impingimus multoties historici alfonsiani, propterea quod identicum baptismi nomen atque identicum familiae cognomen reperimus diversis personis applicatum. Quando personae istae eodem tempore vitam egerunt atque eadem fere loca frequentarunt, haud levis inde nascitur ad ipsarum identificationem haesitantia. Quam certe tunc solum fugamus, cum in documento adpositam nomini proprio legimus particulam « di », cuius gratia clare apud neapolitanos significabatur paternitas respectiva, ex. gr., Domenico de Liguoro *di* Alfonso, Domenico de Liguoro *di* Giuseppe: sin aliter, recurrendum est ad fontes parallelos, nec semper promptos nec pari gradu fidos.

Casum quodammodo typicum homonymiae nobis exhibet, dum Inventarium D. Dominici de Liguoro *di* Alfonso absolvitur, ramus gentilitius de

(9) Arch. d. Parr. S. Angelo a Segno. Lib. II mort. (1691-1760) 87^v.

Liguoro Marianellae frondescens, in quo florebant tres saltem viri coaevi nomine, cognomine ac sanguine coniuncti, scilicet:

1. - D. Dominicus de Liguoro, Herculis filius, theatinus, mox episcopus Lucerinus et Cavensis († 1751) (10).

2. - D. Dominicus de Liguoro, Alfonsi filius, S. Alfonsi avus, de quo in praesenti aditione hereditaria potissimum agimus († 1728).

3. - D. Dominicus de Liguoro, Iosephi filius, avunculus D. Rachelis de Liguoro, cognatae S. Alfonsi († 1752) (11).

Hunc tertium D. Dominicum de Liguoro, matrimonio copulatum an. 1694 cum D. Anna Salerno (12), inveniemus quando de D. Hercule de Liguoro, S. Alfonsi fratre, pertractabimus. Dominicus namque iste maximum

(10) Cfr *Spic. hist.* 6 (1958) 273. Documentis tunc editis subiungimus duas novas indicationes: a) renuntiationem bonorum qua novitiatus tempore ille fratrem suum ditavit: « Die 17 martii 1695. In Capitulo Ven. domus S. Pauli Maioris... constitutus clericus D. Dominicus de Liguoro, ad praesens novitius..., sponte coram nobis et D.no D. Nicolao de Liguoro, eius fratre, renuntiavit omnibus iuribus et rationibus... » (Arch. di Stato. Prot. Not., Cirilo Antonio, an. 1695, f. 54); b) Epistolam pastorem, quam die 2 feb. an. 1718 Praesul dioecesim suam Lucerinam ingressurus dedit Neapoli Clero et populo Lucerino, ornatam sane stemmate patritio gentis de Liguoro: « Merito quidem, ait, contremuimus, Venerabiles Fratres, Filii dilectissimi, expavimus, obstupuimus... » (Arch. Vat. Fondo Finy, v. 8, Int. 45). Quae sane timoris verba aegre conciliantur cum sua praecedenti voluntate « ascendendi superius ».

(11) Hic quasi ludus homonymorum protrahi posset. Ecce quaedam alia exempla: 1. « A dì 11 dic. 1701. Dopo fatte le tre debite denunce nella chiesa di S. M^a dell'Avvocata di Napoli è stato solemnizzato il matrimonio tra Domenito de Liguoro e Prudentia d'Orso di questa parrocchia » (Arch. d. Parr. Avvocata. Lib. X matrim., 1691-1707, f. 92). — 2. « A dì 11 novembre 1706. Io Angelo Pacifico ho solemnizzato il matrimonio tra Domenico de Liguoro ed Anna de Rosa di mia parrocchia: e per l'assenza di Domenico de Liguoro già detto, ha dato il consenso procuratorio nomine Francesco Romano... » (Arch. d. Parr. S. Angelo a Segno. Lib. III matrim., 1691-1746, f. 301). — 3. « A 28 di marzo 1707. Antonio Nunziante de Liguoro, figlio di Domenico de Liguoro e di Ursula di Domenico coniugi, è stato battezzato » (Arch. d. Parr. Vergini. Lib. XIII bapt., 1707-1708, f. 9). — 4. « A dì 27 luglio 1709. Domenico de' Liguori, viduo d'anni 40 incirca, di questa parrocchia di S. Sofia di Napoli doppo aver ricevuto l'assoluzione sacramentale e l'Estrema Untione per avere ricevuto una ferita mortale in testa di palla di scoppetta, diede l'anima a Dio » (Arch. di Parr. S. Sofia a Capuana. Lib. X defunct., 1700-1715, f. 68). — Uti ex Actibus praecedentibus patet, agitur semper de familiis coetus inferioris: frequentia autem cognominis de Liguoro implicat monitum tacitum iis, qui solo cognomine freti volunt hodieque sese inserere inter stipitis alfonsiani descendentes.

(12) Cfr *Spic. hist.* 7 (1959) 212 nota 21. - Praeter documenta ibidem allegata, huius coniugii expressam mentionem comperimus in testamento D. Hieronymae Salerno. Haec erat soror D. Iosephi Salerno ac proinde amita DD. Iacobi, Nicolai et Annae Salerno, filiorum praedicti Iosephi, quorum vestigiis instamus, quia cum S. Alfonso avvocato consuetudinem habuisse videntur. Sic v.gr. D. Iacobo Salerno adjudicatur mediato, ut S. Alfonsus advocatum ageret familiae Orsini (AG XXVII 44). En ergo D. Hieronymae Salerno dispositio testamentaria: « Die 10 iulii 1712... Geronima Salerno in capillis... nomina eredi il Sig. D. Giacomo Antonio Salerno, Signor di Licignano, e il Sig. D. Nicola Salerno, suoi carissimi nipoti, figli del qm. D. Giuseppe, fratello di essa D. Geronima... Del paro di candelieri d'argento che tiene in casa, uno lascia alla Signora D. Antonia de Liguoro, sua carissima nipote, e l'altro alla Signora D. Anna Salerno, sua nipote carissima, moglie del Sig. D. Domenico de Liguoro » (Arch. di Stato. Prot. Notarili, Servilio Gregorio, an. 1712, f. 328). In eodem volumine prostat curiosum testamentum nuncupativum conditum a « Catarina Salerno in capillis, olim schiava delli Signori Salerno, e poi liberata dalla schiavitù » (f. 259).

influxum exercuit in ulterioribus familiae S. Alfonsi eventibus. Interea solummodo suggerimus quod, stante sua cum avo S. Alfonsi homonymia, difficilis quandoque redditur utriusque identificatio. Exempli gratia: inita an. 1701 a principe de Macchia coniuratione filo-habsburgica contra regimen borbonicum, citatur inter coniuratos et in urbe neapolitana praeliantes D. Dominicus de Liguoro, sic et simpliciter, quin sit fas discernere utrum avum S. Alfonsi patritium respiciat citatio an eiusdem praelaudatum homonymum Iosephi filium. Hic enim D. Dominicus, sine qualificatione paternitatis allatus, coniuratione a borbonicis repressa, constrictus mansit ut veniam publice coram viceregis delegato impetraret (13). Si ergo identificationem tentare auderemus, in avum S. Alfonsi inclinaret nos, tum illius erga Domum Habsburgicam propensio, tum aetas in ipso maturior quam in homonymo, vix 27 annos tunc explente.

Nihilominus in subsequentibus politicis regni turbationibus partes haud obscuras sibi vindicavit homonymus iste, minime vero D. Dominicus S. Alfonsi avus. Enimvero, exortis iterum an. 1707 motibus popularibus, quibus iter versus meridionem habsburgicis copiis apertum est, homonymus hic sese pro aris et focus impendit, qua sedilis seu plateae Portae Novae delegatus: quin etiam, tanquam unus ex urbis electis (14). De illius identitate nullum prostat dubium, utpote qui apposita paternitate « di Giuseppe » signavit ex officio, cum aliis deputatis, actum submissionis Aversae praestitum coram duce habsburgico Martinitz (15): inde ultima die iulii eiusdem anni 1707, pro solemnissima Caroli III habsburgici proclamatione, homonymus — Portae Novae iterum signifer — cum neapolitanis proceribus equitavit per vias et plateas ob « cavalcata » festantes (16). Posthac fungi ille

(13) Postquam an. 1707 Domus Habsburgica, depulso tandem regimine borbonico, regnum neapolitanum sub se habuit, non pauci patritii Carolum III habsburgicum obsidebant supplicationibus, ut sibi praemium redderetur propterea quod an. 1701 coniuraverant ac dimicaverant, etsi in cassum, contra regimen borbonicum. Hac de causa, ut supplicantium vocibus morem gereret, voluit an. 1711 rex Carolus III cognoscere elenchum exactum eorum, qui ex fidelitate erga Domum Habsburgicam sese an. 1701 periculis coniurationis et pugnae exposuerant atque, ab exercitu borbonico prostrati, debuerunt coram viceregis borbonici delegato, principe de Ottaiano, caput humiliare et condonationem expostulare. Hinc sequentes communicationes: « Señor mio. - Me advierte V[uestra] S[eñoría] en carta del 16 del caydo quiere Su Mag[esta]d hallarse informado de todos los sugetos que se indultaron en el Reyno el año 1701 por el motivo del movimiento del Príncipe de Macchia. Nápoles a 20 de junio de 1711. El conde Carlos Borromeo. - Señor marqués de Erendazu ». Comes igitur D. Carolus Borromaeus, viceregis neapolitanus, certior factus a marchione de Erendazu, Caroli III secretario, de regio desiderio remisit elenchum nominativum, ultra centum personas exhibentem: « Nota delle persone che si sono presentate avanti l'Ecc.mo Signor Principe di Ottaiano, Reggente della Gran Corte della Vicaria, in esecuzione della Regia Prammatica emanata a 25 settembre 1701 [a prorege borbonico], le quali sono intervenute al tumulto del 23 e 24 del detto mese, a' quali si è dato indulto ». - Iam vero in hoc elencho legitur: « A 5 di ottobre. D. Domenico de Liguoro ». (Österr. Staatsarchiv-Wien, Spanischer Rat, v. 12, an. 1711, Borromeo).

(14) DOMENICO ANT. PARRINO, *Compendio Istoric... dell'entrata delle Truppe Cesaree*, Napoli 1708, 192.

(15) *Ibid.* 197-205.

(16) *Ibid.* 356-357. - Ibi legimus pro his qui Carolo habsburgico titulum regium delectant: « Si erano già cuniati nella Regia Zecca da 5.000 ducati di moneta di un carlino l'una, con l'effigie da una parte del nostro Monarca con lettere attorno: CAR. III D[ei] G[ratia]

perrexit publicis muniis, sed excelluit potissimum in gubernando atque administrando Sodalitio S. Mariae « della Misericordia », cui moriens bona sua donavit non sine gravi moerore D. Herculis de Liguoro, sicuti tempore suo memorabimus.

3. - *De sorte filiorum D. Dominici de Liguoro.*

Superius diximus quomodo D. Dominicus de Liguoro, S. Alfonsi avus, secundas nuptias an. 1676 icturus cum D. Agnete di Franco portaverit in novum matrimonium quattuor infantulos, nempe: Eleonoram Mastrillo, pro utroque coniuge privignam, necnon Iosephum, Hieronymam et Hippolitam de Liguoro, quorum mater D. Andreana e vivis an. 1675 sublata est. De singulis itaque filiis pauca praecidamus.

D. Eleonora Mastrillo amaram fortunam suxisse videtur, quae fere semper et ubique gentium privignis reservatur: eo vel magis in praesenti casu, quod tum patre D. Henrico, tum matre D. Andreana mansit orbata. Parum itaque mirum quod in infra relato documento (p. 96) alludatur ad quasdam irregularitates a D. Dominico patratas quatenus gerente seu administrante uxoris D. Andreae bona dotalia et D. Eleonorae hereditaria. Nihil aut fere nihil eloqui possumus de D. Eleonorae vita atque obitu: certe quidem fit infra (p. 96) allusio fugax ad eiusdem matrimonium, sed opinamur agi de errore nominativo pro sorore collactanea D. Hippolita. Illius nomen, praecedente adverbio « quondam », iterum comparet in instrumento notarili an. 1737: ante hunc igitur annum ipsa e vivis discesserat: utrum domi aut in aliquo monasterio nescimus.

In D. Iosepho de Liguoro non est cur immoremur nisi ad iterum sublineandam orphanitatem in qua, post matris obitum, infantatus est atque adolevit, novercali tutela septus: hanc parvipendere nemo potest, qui illius indolem penetrare cupit, qualem in aetate adulta foris prompserunt res suae gestae atque praesertim methodus educationis, quam ipse demum adhibuit in beneficium primogeniti sui S. Alfonsi. Ceterum dimetiri aegre possumus temporis spatium, quod D. Iosephus in civitate sua natali, id est, Nolae apud suburbium S. Pauli transegerit: illac consedissee eum credimus, dum mater D. Andreana inter vivos mansit. Post huius obitum, si fidem infra citando documento adstruimus, D. Dominicus de Liguoro venui subiecit dotalia uxoris demortuae bona ac filiae privignae hereditaria iura Nolae potissimum

REX HISP. ET NEAP., e dall'altra l'armi de' principali regni della Monarchia in uno scudo, in mezzo alle quali quelle dell'Augustissima Casa d'Austria, e intorno questo sentenzioso motto: FIDE ET ARMIS ». - Speciminis instar subdimus professionem monarchicam, qualem ab an. 1707 usque ad 1734 unusquisque regni notarius exarabat quotannis initio sui Protocolli: « Hic est liber Protocolli mei Notarij Francisci Aloysii Montemurro a Neapoli sub anno millesimo trigesimo secundo 1732, regnante invictissimo et catholico D.no nostro Carolo III de Austria, Hispaniarum Rege, ac divina favente clementia VI Romanorum Imperatore semper augusto, Castellae, Aragonum, utriusque Siciliae, Hyerusalem, Ungariae Croatiaeque. Regnorum vero eius in hoc Siciliae citra Pharum anno eius vigesimo quinto, Imperii vigesimo primo feliciter. Amen ». (Arch. Notarile-Napoli, Montemurro Francesco Luigi, an. 1732, f. 1).

radicata: quare deinceps liberius Neapoli commorari potuit, ubi patritiae genti de Liguoro addicebantur in sedili Portae Novae privilegia, quibus nullatenus obstabat ex parte D. Iosephi nativitas sua nolana.

Habitationis translatio, quandocumque advenerit, haud extinxit in D. Iosepho ligamina cum matris suae propinquis, id est, cum gente Mastrillo. Si tempus id tulerit, in lucem edemus tum donationum, tum litium instrumenta. Interea, quoniam an. 1685 D. Dominicus de Liguoro fecit honorum suorum donationem, usufructu ipsorum retento, in beneficium filii D. Iosephi quindicennis, id tribuendum ducimus rationibus hucusque sat obscuris, quas inter fortasse reconditur praevio obveniendae frictionis ex sororum D. Iosephi matrimonio: aut potius invaluit mos eo tempore communis praestituendi filii masculis, speciatim primogenito, cunctam familiae substantiam, cum onere alendi vel dotandi fratres minores ac sorores.

De prima equidem D. Iosephi sorore seu D. Hieronyma instrumentum notarile ita loquitur, ut supponat capitula matrimonialia fuisse prompta die 5 ianuarii an. 1686: haec sane dies, nisi de errore agatur, aegre quadrat cum puellae natalibus, quae tempore postponuntur nativitati fratris sui D. Iosephi. Adhuc ergo adolescentula matrimonium inire festinavit cum ornatissimo viro D. Thoma del Migliore, quem notarius insignit titulo patritii florentini: existimamus agi de familia florentina ab initio saltem XVII saeculi commorante intra neapolitanos confines (17). D. Hieronymae dotem 2.000 duc. supputatam invenimus: unde modestam potius quam conspicuam iudicamus, si eandem conferimus cum 5.000 duc. summae dotalis, quam D. Anna Cavalieri, S. Alfonsi mater, sibi adscriptam attulit ad suum cum D. Iosepho de Liguoro matrimonium paciscendum. Ex coniugio autem inter D. Hieronymam et D. Thomam nati sunt duo saltem filii: DD. Vincentius et Philippus, qui post parentum obitum vindicarunt sibi an. 1728 iura matris communis in hereditatem avunculi D. Dominici de Liguoro, prout ex documentis Inventario subnexis infra erudimur.

Alia D. Iosephi de Liguoro soror D. Hippolita duplicis matrimonii experientiam successive novit: primam quidem an. 1691 (ergo valde iuvenis) cum D. Nicolao Tramontano (18), barone « di Santa Croce »: titulus sane nobilis, immo et feudalis, cuius tamen feudum nondum identificare potui-

(17) Huius familiae vir insignis, D. Ioannes B^a de Meliore, honoratur inscriptione marmorea in pervetusta ecclesia, cui titulus « Madonna delle Grazie a Capo Napoli », olim concedita Patribus S. Hieronymi Congregationis B. Petri de Pisa atque adhuc extans prope nosocomium Incurabilium. Inscriptionem legimus: « D.O.M. | Ioanni Bapt. ae de Meliore | Patritio florentino iure consueto | Neapolitano clarissimo in causis in foro | Patrocinandis praestantissimo, cuius | Patrocinium omnis ordo certatim concupivit | Memoria item ac dicendi maiestate | Singularem ac pene admirabilem | Regio Consiliario ultro ac invito adlecto | In publico Regio Gymnasio Feudorum | Interpreti ad Gregorium XV Sum. Pontif. | Pro Philippo IV Hispan. Rege oratori | Sui ordinis facile principi | Franciscus, Ioseph, Thomas et Bernardus filii | Ac Ioannes Bapt^a nepos ex filio Parenti optimo PP. | Obiit an. 1626 mense iul. die 16 ».

(18) Gentis Tramontano stirpem nondum in singulis membris expiscati sumus nec proinde conclusimus an inter eiusdem membra sit postmodum adnumerandus eximius sacerdos D. Salvator Tramontano, qui S. Alfonsi episcopum singulari devotione prosequutus est eiusque causam beatificationis sollicitudine indefessa promovit.

mus inter tres quattuorve « terras » nomine « Santa Croce » apud coevos distinctas. Substantia dotalis aequavit in D. Hippolita modestiam dotis sororis suae. Utrum necne D. Hippolitae arriserit fortuna in hoc primo matrimonio discernere nequimus (19), at certe sacramentalem unionem haud coronarunt filii a coniugibus exoptati. Quapropter, demortuo D. Nicolao Tramontano, secundas nuptias sibi conciliavit an. 1717 D. Hippolita — tunc quadragenaria et ultra — cum iuniore D. Hyacintho del Balzo, ex familia baronali de Presenzano, expresse statuendo in capitulis matrimonialibus quod, stante aetatis inaequalitate inter viduam nupturientem et D. Hyacinthum, in huius beneficium refunderentur bona uxoris dotalia, etiam ea quae ipsi donata erant a primo marito.

Tribus annis elapsis, mense nempe iunio an. 1720, D. Teresia Maria de Liguoro, S. Alfonsi soror natu minor ideoque D. Hippolitae nepos ex huius fratre D. Iosepho, nuptu data est viduo D. Dominico del Balzo, D. Hyacinthi fratri et baroni titulari de Presenzano. De quibus omnibus, de controversiis familiaribus necnon de praesumptis S. Alfonsi sponsalibus cum D. Anna del Balzo, DD. Dominici et Hyacinthi sorore, noster redibit sermo.

Interea ex infra noscendis documentis certiores reddimur D. Hippolitam an. 1728 adhuc inter vivos fuisse suasque rationes seu reservationes allegasse contra fratris sui D. Iosephi exclusivas praetensiones circa hereditatem paternam. Tum denique compositis dissidiis per mutuam transactionem, pax in familia refluoruit atque D. Hyacintho del Balzo adiudicatae sunt partes non leves in matrimonio D. Herculis de Liguoro struendo atque in educanda puerula et puella D. Hieronyma del Balzo, unica filia D. Dominici del Balzo et D. Mariae Teresiae de Liguoro.

4. - *De probabili S. Alfonsi mediatione ad lites familiares componendas.*

Fortasse non deerunt ii, quibus minus decora videbuntur iurgia inter consanguineos familiae de Liguoro ac proinde digna solummodo, quae silentio tegantur. Errant tamen et, opinione nostra, vehementer. Enimvero agitur de documentis indubiis hucusque ignotis, quibus objective illuminatur genuinus personarum status, atque in primis oeconomicus et matrimonialis. Pondus equidem haud tenue secus fert res oeconomica ad stabilitatem atque tranquillitatem foci domestici protuendam.

Dissidia autem plus minusve diuturna oriebantur praesertim ex speciali systemate, quo rei patrimonialis administratio Neapoli gerebatur. Ex quo

(19) Minus favens indicium colligimus ex sequenti instrumento notarili: « Die 8 martii 1708 Neapoli. Costituito nella nostra presenza il Rev.do D. Carlo Capecelatro, al presente Preposito della Ven. Casa de' SS. Apostoli [*Ordinis Theatinorum*] spontaneamente per futura cautela della Sig^a D. Poppa de Liguoro di Domenico... dichiara qualmente la d^a Sig^a D. Poppa seu Hippolita have venduto alcune sue gioie per la summa di doc. quattrocento, acciò l'havesse d^o Rev.do D. Carlo applicati in compra, stante non desiderava farlo sapere al Sig. D. Nicola Tramontano suo marito per evitare distorsioni [?] et rancori tra di loro: per lo che esso Rev.do D. Carlo have assunto il peso d'impiegare in compra li sud'i doc. quattrocento dal med^o ricevuti da d^a Sig^a D. Poppa » (Arch. di Stato, Protocolli Notarili, Nicola Zatti, 1708, f. 29).

enim caput familiae « truncalis » (sic dictae) penes se avocabat universa gentis suae bona immobilia, ex his promere cogebatur fructus seu redditus necessarios ad obligationes explendas erga fratres, filios, nepotes aliosque propinquos, puta: libellos, vitalitios, census, portiones legitimas vel promissas. Bona autem immobilia saepe saepius locationi subiacebant: quare fructus colligendi remittebantur tarde et parce in manus proprietarii, cui idcirco arduum efficiebatur cunctis suis obligationibus respondere: hinc dissensionibus, lites coram tribunalibus, recursus ad publicam auctoritatem, conventiones vel transactiones ante arbitros privatos: quae sane omnia abundant potius quam deficiunt apud S. Alfonsi consanguineos in plurimis, quae acervavimus, instrumentis notarilibus.

Profecto S. Alfonsus, nisi Deo se mancipasset, difficulter hos scopulos effugisset quatenus fratrum suorum primogenitus et gentis suae splendori patrio servando astrictus. Ex quo autem primigeniis bonis an. 1727 renuntiavit (20), praesumere licet illum, sacerdotio reconciliationis ornatum, exercuisse beneficium influxum ad concordiam inter propinquos redintegrandam. Si enim infra relata transactio adsignatur an. 1728 mediatori « communium parentum »; hisce sine dubio adscribendus est S. Alfonsus, qui tunc temporis sub unico tecto cohabitasse videtur (21) cum avo D. Dominico et cum aliis familiae membris. Quae quidem cohabitatio includit valde probabiliter illius praesentiam prope avum morientem. Equidem S. Alfonsus, teste Missionum Apostolicarum secretario, in oppidum Resinae se contulit die 16 ianuarii an. 1728 missionem ibidem praedicaturus, quin postmodum a die 23 februarii opem suam expresse conferret exercitiis spiritualibus S. Ianuarii extra moenia. Ex hac igitur parte nullatenus praepeditus fuit quominus diebus sequentibus in auxilium moribundi sese devoveret.

Demum, etsi per transennam, duo corollaria iuvat sublineare in transactione an. 1715, praeter gradum ibidem adsignatum D. Iosepho de Liguoro, navarcho triremis « la Padrona »: primum, quod instrumentum conficitur in domo D. Mutii di Majo. Iam vero advocatus hic inter illos accensetur, qui S. Alfonsi iunioris primos gressus in Tribunalibus coadiuverunt, secundos autem in militia ecclesiastica cohibere voluerunt (22), donec morte imminente respisci maluerunt: secundum, quod ex duobus arbitris ad sententiam ferendam delectis primum tenet locum doctor Franco Antonius Jovino. Notum profecto est S. Alfonsum, cuius legum peritia hoc tempore in dies proficiebat, usum fuisse magistro seu causidico « practico » D. Perrone et, post eiusdem obitum, D. Giovene. Nunc autem, quoniam in utroque casu nomen baptismi a coaevo biographo omissum fuit, revidenda fortasse erit identificatio, quam insinuavimus (23), cum D. Andrea Giovene, nisi malueris

(20) Cfr *Spic. hist.* 5 (1957) 237-250.

(21) Cfr CAPONE, *l.c.* 74.

(22) [A. TANNOIA], *Della Vita del Ven. Alfonso M^a Liguori*, lib. I, cap. 4, 9 (Napoli 1798) II, 30.

(23) R. TELLERÍA, *San Alfonso M^a de Ligorio I*, Madrid 1950, 53. - Fatemur hunc doctorem Jovino desiderari inter membra familiae Giovene, quorum membra describuntur ab auctore coaevo: C. NARDI, *Della famiglia Giovene ragguaglio storico-genealogico*, Lucca 1736.

discrimen decisivum instituere inter cognomina Jovino et Giovene. Amicitia namque doctoris Jovino cum coetu de Liguoro, illis diebus atque praesenti arbitrato roborata, extendi posset ad exercitia technica S. Alfonso advocato imposita pro eiusdem in foro tirocinio. Sed huiusmodi anguli biographici nondum pleno lumine claruerunt.

5. - *De adiunctis aditionis hereditariae ac de nonnullis eiusdem exigentiis.*

Adiuncta specialia, in quibus a D. Iosepho de Liguoro suscepta fuit aditio hereditaria, originem trahunt ex testamenti paterni absentia. Postquam enim D. Dominicus mortuus est ab intestato, illius filio patuit via normalis in successione secundum legis dispositiones, quae et inventarium conficiendum suadebant et demortui creditores praemonendos esse iuebant: quae omnia ad amussim observata fuisse nos docent Inventarium et documenta eidem adnexa.

Quoad statum D. Iosephi personalem, is in aetate 58 annorum constitutus regebat tunc temporis manu suavi aequae ac forti habenas domus suae ac clavum triremis praetoriae (*la Capitana*), maxima cinctus aestimatione apud regios ministros atque inter compleatares Portae Novae. Ab annis adolescentiae (1685) et matrimonii (1695) per successivas donationes (1723) in Inventario memoratas, ipse anteceperat in sui beneficium pleraque bona paterna, quorum molem augere et firmiter struere nunquam desiit: id quod non semel in Inventario affirmat et quod nobis aliunde constat, adeo ut vix elapso anno cum dimidio potuerit ille ex donatione praetestamentaria cunctam suam substantiam sat conspicuam filio D. Herculi transmittere (24).

Qui oculis in Inventario percurrerit elenchum bonorum mobilium, quae in usu vel proprietate D. Dominici de Liguoro remanserant, hunc probabiliter iudicabit nimis modestum, immo astrictum cuidam vivendi rationi minus coetui suo consentaneae: vestes namque suae, suppellex, sedilia, rhedae, equi aliaque id generis redolent quid vetusti et squallidi: nisi quod exadversum tabulae ac lintea depicta necnon mobilia aurea atque argentea produnt quodammodo pristinum possidentis splendorem. Recolatur porro mos illa aetate communis nobilibus familiis: ex quo per donationem legalem fiebat transmissio bonorum in filios, parentes quasi ad domus angulum recedebant, demissa fere qualibet gentis suae publica repraesentatione, etsi generatim genitores donantes et nondum decrepiti sibi reservabant — vita durante — bonorum usum fructum.

Hoc donatarii principalis titulo fretus D. Iosephus de Liguoro, absoluto Inventario eiusque onera et credita computans, minutatim sibi vindicat primi creditoris iura supra hereditatis complexum, ne expensis quidem medicinalibus et funereis patris sui condonatis: unde conicere decet illum pertimuisse aliorum creditorum reclamaciones, iudicio suo minus congruentes veritati, at certe praevidendas ex parte sororis suae D. Hippolitae et filiorum alius sororis D. Hieronymae. Vindicatio ergo, quae totalis atque intransigens vide-

(24) Cfr *Spic. hist.* 5 (1957) 250-275.

batur, locum cessit in D. Iosepho compositioni aequae ac rationabili, postquam singulorum iura perpenderit advocati delecti ad sententiam arbitralem ferendam.

Inter Inventarii creditores aliae non paucae allegantur personae, quarum nomina ac propinquitatis gradus sat conferunt ad pleniorē, quam persequimur, familiae de Liguoro notitiam, de quibus singulatim fit ad textus calcem amplior dilucidatio. Notitiae hodiernae data opportunitate complebuntur cum subsequentibus instrumentis publicis super D. Maria Teresia de Liguoro et D. Hercule de Liguoro: prima namque ob suum cum D. Domenico del Balzo matrimonium revocat in medium universam huius familiae progeniem, cuius membrum insigne D. Hyacinthus fit infra particeps iurium uxoris suae D. Hippolitae de Liguoro: secundus vero, id est, D. Hercules in lucem proferet legamina familiaria, quae in Inventario sublineantur cum linea collateralī Venuti-Gómez et quae vim suam exercebunt usque ad annum 1780 post D. Herculis e vivis decessum.

6. - *De aditione hereditaria ac de instrumentis ipsam praecedentibus aut subsequentibus.*

Instrumentum principale nunc edendum respicit aditionem hereditariam a D. Iosepho de Liguoro peractam, simul cum Inventario bonorum patris sui D. Dominici. Huic praemittimus transactionem ab utroque cum D. Hippolita an. 1715 conciliatam, quia inde aperte deducitur praeortas fuisse discrepantias circa bonorum proprietatem ac distributionem. Subiungimus autem, post aditionis instrumentum, duo alia, ex quibus effulget spiritus christianae harmoniae, quem sartum tectum singuli consanguinei manere exoptabant. Ex parte nostra superfluum ducimus admonere quod personarum notitias potius quam hereditatis vicissitudines vulgare intendimus: hac de causa ex prolixis instrumentis paragraphos scopo nostro magis congruentes dumtaxat selegimus. Prostant aut prostabant haec instrumenta apud Archivum Notarile: sed, iisdem hisce diebus ac scribimus, fit ex prisca sede notarili in Archivum Status translatio reliquae sectionis historicae, quae complectitur plurima protocolla saeculi XVIII. Hinc contingere potest quod instrumentum a nobis inquisitum et transcriptum in Archivo Notarili requirendum sit deinceps apud Status Archivum.

Iucundum quoque nobis exstitisset si non singula, at certe praecipua vocabula dialectalia in Inventario inserta explicare ac magis intelligibilia reddere. Candide fatemur oleum et tempus profudisse: his etenim vocibus localibus et popularibus designantur plerumque mobilia aut suppellectilia domestica olim usitata: quare eorum « nomenclaturā » prorsus a sermone ordinario disparuit nec dictionariis seu vocabulariis etiam dialectalibus sufficienter incorporata fuit: ideo interpretatione tantummodo « adproximativa », lector, contentus esto.

DOCUMENTA

I

[*Ad instrumenti oram:*] Transactio inter Ill.mos D.nos D. Dominicum et D. Joseph de Liguoro, et D.nam Poppam seu Ippolitam de Liguoro. Cessio Jurium pro D. Vincentio Carafa de Stigliano ac quietatio pro D. Dominico et D. Joseph de Liguoro (25).

Die decima quarta mensis octobris millesimo septingentesimo decimo quinto Neapoli, et proprie in domo D.ni D. Mutij de Majo, advocato Pauperum.

Constituti nella nostra presenza l'Ill.mo Sig. D. Domenico de Liguoro, Patritio di questa città di Napoli del Seggio di Portanova, agente... tanto per se et in suo proprio, privato e principale nome quanto in nome e parte e come misso... del Sig. D. Giuseppe de Liguoro suo figlio, capitano della galera Padrona della Regia Squadra di questo Regno (26), poco fa partito per extra... e che subito ritornato e gionto in questa città debbia et habbia da ratificare e emologare il presente istromento..., da una parte.

Et il m[agnifico] Dr. Sr. Andrea Tartaglione, misso et internunzio dell'Ill.ma Sig^a D. Poppa seu Ippolita de Liguoro, figlia e sorella rispettive delli predetti Sig.ri D. Domenico e D. Giuseppe..., la quale similmente debbia et habbia da ratificare il presente istromento..., dall'altra parte.

Le dette Parti... spontaneamente asseriscono qualmente vertendono [*sic*] differenze di liti nel S[acro] R[eal] C[onsiglio] avanti del Regio Consigliere Sig. D. Domenico Fiorillo... per causa delle doti della qm. Sig^a D. Andreana seu Annella Mastrilli, fù loro moglie e madre rispettive sotto li 31... [*sic*], dalli medesimi Sig.ri Padre e figli essendosi stimato opportuno dette differenze rimettere per la di loro determinazione alli DD.ri Sig.ri Franco Antonio Jovino e Domenico Bruno, acciò si fussero compiaciuti terminarle e deciderle come arbitri, arbitratori et ami-

(25) Arch. Notarile. Domenico Venettozzi, an. 1715, f. 230-242.

(26) Cfr *Spic. hist.* 7 (1959) 232.

cabili compositori.... e per tal effetto conferirono a detti Sig.ri arbitri ogni potestà...

In esecuzione del quale compromesso per parte della Sig^a D. Ippolita si comparve avanti li medesimi Sig.ri arbitri, dicendosi qualmente d^a qm. D. Andreana, sua madre, in tempo contrasse matrimonio col d^o Sig. D. Domenico suo padre, se medesima dotante, per le sue doti al sud^o D. Domenico promise la summa di doc. quattromila, cioè doc. duemila e duecento di capitale e per essi annui doc. cento e diece, che la medesima doveva conseguire da D. Giuseppe Mastrillo, suo germano fratello, in vigore di pubbliche scritte: doc. quattrocento in tante altre gioie appretiate, e per il di più sino all'intera summa di doc. quattromila nel modo, forma si conteneva nell'istromento de' loro capitoli matrimoniali.

Doppo la contrattazione del quale matrimonio, come che d^a qm. D. Andreana era stata primo loco moglie del fù D. Errico Mastrillo con chi haveva ella procreato D. Eleonora Mastrillo, la quale da se med^a in sua casa s'educava, d^o D. Domenico s'intruse nella di loro casa sita nella città di Nola, amministrando et propria auctoritate disponendo de' beni hereditarij del fù D. Errico Mastrillo, procedendo anche alla vendita di quelli et appropriando a suo proprio uso lo prezzo de' medesimi: e competendo ad essa Sig^a D. Ippolita sopra le dette quantità dotali ed altre extra dotali di d^a qm. D. Andreana, sua madre, per ogni legge lo paraggio seu portione, una cum l'interesse dal dì della morte della medesima, che seguì nell'anno 1675: ascendente lo paraggio sud^o alla somma di doc. mille, essendo rimasta superstiti alla sud^a sua madre tre sorelle sue figlie (27) et il d^o Sig. D. Giuseppe de Liguoro: tanto è vero che havendo anni sono esso m.co D. Domenico collocato in matrimonio D. Eleonora de Liguoro, altra sua figlia e sorella della comparente col m.co D. Tomase del Migliore (28), fra le sue doti li promise et assegnò la già d^a summa di doc. mille per la portione li spettava sopra detti beni materni. Havendo però più volte richiesto e fatto richiedere d^o suo padre per il pagamento seu restituzione di d^o paraggio, e perché non haveva mai curato quello sodisfare seu restituirli una con l'interesse, fè istanza avanti detti SS.ri Arbitri che si fusse ordinato

(27) Tres sorores eius filiae, id est, Eleonora ex primo marito, Hieronyma et Hippolita ex secundo.

(28) Prouti in introductione indicavimus, opinamur agi de confusione cum D. Hieronima, uxore D. Thomae del Migliore: sin aliter, hic sibi despondisset primum D. Eleonoram; deinde, post eiusdem obitum, D. Hieronymam. Speramus fore ut ex nobis documentis quaestio definitive solvatur.

al d° Sig. D. Domenico suo padre di pagare a beneficio d'essa Sig^a D. Ippolita li sudetti doc. mille, una con l'interesse dal dì della morte della sud^a qm. D. Andreana Mastrillo sua madre per causa del sud° paraggio dovutoli...: e trà tanto, che trattandosi di credito tanto chiaro, liquido e privilegiato, si fusse liberata a beneficio d'essa Sig^a D. Ippolita la summa di doc. cinquecento in causa declaranda dagl'effetti stabili ed annue entrate del d° suo padre, facendosi similmente istanza per il loro sequestro...

Adverso del che essendo con altra istanza comparso il d° Sig. D. Domenico s'opponeva dicendosi le pretensioni della d^a Sig^a D. Ippolita non havere sussistenza in niun conto, né per fatto né per legge. Per fatto, perché quantuncunque nelli capitoli matrimoniali si fusse convenuta e promessa per le doti della d^a qm. D. Andreana Mastrillo, se medesima dotante, la summa di doc. quattromila, rei veritate però quelli che si poterono ricuperare dall'heredi di d° D. Giuseppe Mastrillo dotante non furono più che doc. mille seicento sessant'otto, con esserne dedotta la portione che spettò alla sud^a Sig^a D. Eleonora Mastrillo, figlia procreata dalla d^a qm. D. Andreana con il suo primo marito, che fù il sud° D. Errico Mastrillo...

Né sopra li predetti doc. mille seicento sessant'otto, già pagati di contanti ad esso Sig. D. Domenico, competere a d^a Sig^a D. Ippolita portione veruna a causa che quando fù dedotta non se li promise altro che quel tanto de jure li spettava sopra li beni d'esso Sig. D. Domenico, sequuta morte del medesimo: e che per conseguenza essendo vivo non avesse essa Sig^a D. Ippolita che pretendere per causa di dette doti materne sopra li suoi beni: oltre che anche dopo la morte, post longos [*sic*] dies, di d° Sig. D. Domenico non potrebbe altro pretendersi per la d^a Sig^a D. Ippolita che la pura legittima, ritrovandosi già la med^a da molti anni accasata (29), spettando il rimanente al med° Sig. D. Giuseppe de Liguoro, figlio mascolo, nato dall'istesso matrimonio, conforme per disposizione di raggione si pratica e procede. Né esser vero che il d° Sig. D. Domenico diede doc. mille alla Sig^a D. Geronima de Liguoro, sua figlia (30), collocata col Sig. D. Tomase Migliore, per la portione delle doti materne; ma dotò d^a sua figlia semplicemente per la summa di doc. mille per le sue doti; oltre che per l'interesse della sud^a legittima, la pred^a Sig^a D. Ippolita anco in

(29) « Accasata »: vox dialectalis ex idiomate hispano, olim valde usurpatà ad indicandam personam matrimonio iunctam.

(30) Nunc asserit documentum uxorem D. Thomae del Migliore fuisse D. Hieronymam, quin subindicet novum matrimonium.

vita d'esso Sig. D. Domenico n'è stata dal med° soprabbondantemente sodisfatta per via di compensatione con l'eccessive spese da quello per suo servitio fatte dall'anno 1711 per insino al passato mese di gennaro di questo corrente anno millesettecento e quindici, fra il quale mentre la med^a Sig^a D. Ippolita interpellatamente [?] più e più volte è stata e s'è intrattenuta in casa del d° Sig. D. Domenico per lo spatio diece e quindici giorni per volta, ed esserli stato trà tanto somministrato ricco vitto, così ad essa Sig^a Ippolita come alla sua Damigella, essendo parimente stata servita con carrozza e servitori, che importarebbe più del preteso interesse di d^a legittima...

Et essendovi sopra tali differenze avanti li detti Sig.ri Arbitri più e più volte giuntati li m.ci Avvocati di esse Parti, con haver-no [*sic*] fatte più sessioni dalli predetti Sig.ri Arbitri, per ultimo in virtù della potestà loro attribuita da esse Parti..., è stato promulgato laudo diffinitivo de consensu parimente delle predette Parti, col quale il sud° Sig. D. Domenico de Liguoro è stato condannato a pagare in beneficio della pred^a Sig^a D. Ippolita sua figlia legittima e naturale il paraggio seu legittima a quella debita sopra li sud.i beni della qm. D. Andrea Mastrillo sua madre per li doc. duemila e duecento per esso Sig. D. Domenico ricevuti fra li sud.i doc. quattromila intiere doti della pred^a Sig^a D. Andrea, olim sua moglie e madre d'essa Sig^a D. Ippolita dall'heredi del nom° qm. D. Giuseppe Mastrillo una con l'interesse alla raggione del cinque per cento dal giorno del matrimonio contratto trà la med^a Sig^a D. Ippolita col Sig. D. Nicola Tramontano, utile Padrone della Terra di S^a Croce, e per conseguenza dall'anno 1691 che quello si contrasse in avanti, e se uscì la pred^a Sig^a D. Ippolita dalla casa del pred° Sig. D. Domenico suo padre: ascendente l'interesse pred° in summa di doc. duecento venti e uno e grana dodici: una con la med^a legittima e suo interesse facientino la summa di doc. quattrovento e tre, tt. trè e grana cinque ed un terzo...

Et essendono le cose in questo stato, volendo d° Sig. D. Domenico, servata la forma del sud° compromesso e laudo promulgato, tener sodisfatta la pred^a Sig^a D. Ippolita sua figlia, né havendo il modo pronto di poter in tutto pagare..., ha fatto presentire così per mezzo del d° Sig. D. Giuseppe suo figlio come d'altri comuni amici di volerli prontamente pagare...: a qual effetto essi Sig.ri D. Domenico e D. Giuseppe, padre e figlio, non havendoli né meno di loro proprio denaro, hanno procurato farseli improntare... dal Sig. D. Vincenzo Carafa di Stigliano, in beneficio de' quali per

d^a somma la d^a Sig^a D. Ippolita dovrà fare la cessione delle ragioni contro essi Sig.ri padre e figlio... [*Adnectuntur formulae notariles cum conditionibus et cautelis*].

Praesentibus m.co Andrea Russo de Neapoli, Regio ad contractus Iudice. - D.no U.I.D.re D. Mutio de Majo, Advocato Pauperum. - [*Subduntur alia testium nomina*].

Adnotationes.

1. - Huic instrumento publico adiungitur folium originale, quo die 15 septembris eiusdem an. 1715 sententiam protulerunt « Dr. Franciscus Antonius Jovinus arbiter electus » et « Dominicus Bruni arbiter electus ».

2. - Quoniam D. Iosephus de Liguoro, S. Alfonsi pater, absens cum tiremi « la Padrona » initio instrumenti describitur, hoc ratum ipse habuit statim ac de navigatione redux fuit, prouti ad instrumenti oram legimus: « Die 30 octobris 1715... Constitutus D. Iosephus de Liguoro... beneplacito D.ni Dominici de Liguoro eius patris, ad hunc actum emancipantis eius filium ab eius patria potestate..., ratificavit, acceptavit et emologavit introscriptum instrumentum... ». - Similem acceptationem expresserat D. Hippolita die 14 octobris eiusdem anni. Per transennam miramur quod D. Iosephus dicatur emancipatus ad hunc actum, utpote 45 annos natus.

3. - Additur etiam « fides » posterior notarii Iosephi Ant. Venettozzi, qui die 1 novembris an. 1737 confirmat D. Herculem de Liguoro, S. Alfonsi fratrem, solvisse 800 ducatus D. Hyacintho del Balzo, secundo marito praefatae D. Hippolitae de Liguoro.

4. - Denique in eodem volumine (f. 279) Protocollorum D. Dominici Venettozzi adest instrumentum, quo die 12 novembris an. 1715 D. Vincentius Carafa « di Stigliano », creditor DD. Dominici et Iosephi de Liguoro, donavit 220 ducatus D. Hippolitae de Liguoro « volendo gratificare la pred^a Sig^a D. Ippolita ».

II

[*Ad instrumenti oram* :] Additio [*sic*] ereditatis q[ua]ndam D. Dominici de Liguoro (31).

Die vigesima mensis maij 1728 Neapoli et proprie in claustro Ven[erabi]lis Oratorij PP. vulgariter detto de' Gelormini (32), hora duodecima iam pulsata.

(31) Arch. Notarile. Carlo Palmieri, an. 1728, f. 124 ss.

(32) « Gelormini » sive « Girolamini » a vulgo neapolitano dicebantur Patres Oratorij S. Philippi Neri, quia primi fundatores — Iuvenalis Ancina et Franciscus Tarugi — Neapolim advenerant profecti ex ecclesia romana S. Hieronymi (S. Girolamo).

A richiesta fattaci dal Signor D. Giuseppe de Liguoro, Patrizio di questa città di Napoli, ci siamo personalmente conferiti avanti la Ven.le Chiesa e proprio nel Chioistro delli Gelormini, nell'infrascritti Citazioni e Banno, destinata per luogo da farsi questo presente atto, ove gionti il sud° Signor D. Giuseppe have asserito come è piaciuto al Signore li mesi passati riceversi nell'altra vita il Signor D. Domenico de Liguoro suo padre senza testamento, il quale con decreto di preambolo della [Gran] C[orte] della Vicaria in banca del m[agnifi]co Bova appresso lo scrivano Giacinto d'Andrea n'è stato dichiarato herede ab intestato col beneficio della legge ed inventario, e con peso di dotare le sue germane sorelle, se non saranno state dotate, del quale il sud° Signor D. Giuseppe vuol sempre avvalersi; però non esser tenuto in progresso di tempo più, che le forze hereditarie sopportano e s'estendono. Per tanto dubitando il medesimo che la detta heredità non li dovesse essere più tosto dannosa che lucrosa, ha deliberato quella ad effetto adire col d° beneficio della legge ed inventario, à quale oggetto havendo à suon di tromba fatti citare i creditori incerti di detta eredità, ed altresì per nuncio di detta G[ran] C[orte] li creditori certi della medesima, come dal Banno e Citazioni, che qui si conservano, quali sono del tenor seguente... [*Instrumento manent citationes adnexae; easdem infra transcribimus*].

Adhibiti perciò per locum tenentes li m.ci Francesco Antonio Paulella et Matteo Caracciolo, huomini di buona vita e fama, che dicono aver conosciuto, mentre che viveva, il d° Signor D. Domenico de Liguoro, di cui per certa scienza costa a loro la morte ed ecclesiastica sepoltura, in luogo de' creditori assenti, che non sono venuti nella detta hora stabilita in d° luogo, ove noi facevamo dimora e stavamo per attenderli, il d° Signor D. Giuseppe spontaneamente have adita l'eredità di d° qm. Signor D. Domenico de Liguoro suo padre col beneficio della legge ed inventario, del quale sempre ed in ogni futuro tempo possa d° D. Giuseppe servirsene in judicio et extra per ogni fine ed effetto che meglio dalla legge se li permette, segnandosi perciò col segno della Santa Croce, colla facultà di aggiungere nel caso vi fussero altri beni, oltre all'infra scrivendi, che spettassero alla d^a heredità, de' quali per hora non havesse d° Signor D. Giuseppe la notizia, e di mancare nel caso d'essi ve ne fussero non spettanti alla d^a heredità quoties bisognasse e colla riserba di tutte e qualsivogliano altre raggioni al d° Signor D. Giuseppe competono adverso d^a heredità, citra tamen nomen heredis, dichiara che in d^a heredità ve ne sono li seguenti beni per quel che di presente ne tiene la notizia esso pre-

detto Signor D. Giuseppe, che stanno descritti nell'infrascritta Nota, che è del tenor seguente. Inseratur Inventarium.

Alla confettione del quale Inventario dichiara d° Signor D. Giuseppe have proceduto pure simpliciter et de pleno, senza dolo o frode alcuna; e perciò delle cose suddette d° Signor D. Giuseppe spontaneamente n'have richiesto da noi, che ne facessimo publico atto. Nos autem etc. Unde etc. In cuius rei testimonium...

Praesentibus Iudice m.co Petro de Conteriis, Notario ad contractus. M.co Caetano M^a Giordano, m.co Joseph Greco, gentilhuomo, et m.co Josia Landri de Neapoli testibus.

[INSERITUR INVENTARIUM ADNEXUM]

Bona quae remanserunt et fuerunt reperta post mortem qm. D. Dominici de Liguoro, Patritij Neapolitani Sedilis Portae Novae. Sunt 23.

BENI MOBILI.

Nella sala vi sono :

Quattro quadri de' paesi e marina di cinque o sei [palmi] in circa con cornice di pioppo, tinte negre.

Un quadretto de' fiori di due e tre [sic] con cornice di pioppo, tinta negra.

Uno ritratto di due e mezzo e tre mezzo [palmi] in circa col ritratto di Carlo 2°(33) con cornice di pioppo, tinta verde.

Quattro sedie di vacchetta vecchie.

Una cassa vacua per conservare sedie di mano.

In due anticamere vi è proprio di esso D. Domenico nella prima :

Uno cembalo con la cassa vecchia tinta de' paesi, col piede però fatto da D. Giuseppe suo figlio(34).

Uno quadro di marina di palmi cinque e mezzo, e 7 di grandezza, con cornice indorata.

Uno quadro similmente di marina di 3 e cinque con cornice indorata.

Uno quadretto di battaglia di grandezza di palmi 2, e due e mezzo in circa, con cornice di pioppo negro con stragallo indorato.

(33) Agitur de Carolo II habsburgico, Hispaniarum et Neapolis rege (1666-1700), cuius servitio ipse D. Dominicus iunior sese addixerat. Cfr *Spic. hist.* 7 (1959) 229, 247.

(34) Sapientioribus relinquimus huius cymbali identificationem cum eo quod, traditione teste, in dominium S. Alfonsi pervenit atque impraesentiarum peregrinis expositum praebetur apud musaecum alfonsianum in Collegio Paganensi.

Uno rametto in un palmo in circa quadrato, che vi è il ritratto di esso D. Domenico con cornice di pero negra.

Due altri ritrattini di un palmo e mezzo in circa con cornice di pero negra.

Uno quadro di paese di palmi 2 e 3 in circa con cornice di pero negra.

Quattro quadrini di un palmo in circa quadrati de' Santi con cornice indorata.

Uno quadro di una Santa Vergine di quattro e cinque in circa con cornice indorata.

Due boffette d'ebano di palmi sei e quattro in circa.

Due scrittorij di cinque palmi in circa larghi con piedi intagliati tinte di negro con due aquilette indorate.

Sei sedie di velluto cremisi antiche e vecchie con coverte di montone vecchie.

Nella seconda anticamera vi è proprio di esso D. Domenico :

Uno portiero di damasco verde usato.

Due quadri di marina di un palmo e mezzo alti, e quattro in lungo con cornice di pero negro con stragallo indorato.

Due quadretti di figurine di palmi due e tre in circa pintati [*sic*] sopra à tavola con cornice indorata.

Tre altri quadri : due de' Santi, Vergine, et uno di S. Giuseppe di palmi quattro e cinque in circa con cornice indorata.

Nella stanza dove dormiva esso qm. D. Domenico :

Uno quadro di seta con la figura di S. Gennaro con la cornice di pero negro.

Quattro quadrini di un palmo quadrati de' Santi con cornice indorata.

Due boffettini ad un pie di ricamati col piede tinti di negro.

Due matarassi piccioli imbottiti, uno di lana, e l'altro di crine di cavalli, con cocitrigno di levante vecchio.

Due scanni di ferro lunghi cinque palmi scorsi con quattro tavole picciole.

Una coverta di lana vecchia.

Uno sprovieretto di cotone verde vecchio.

Uno picciolo utensilio di cucina, cioè una caldaretta, un pozonello [?] et una tiella di rame, un'altra tiella, spedi, trepidi di ferro, etc.

Due baulli di vacchetta vecchi, uno de' quali vi è alcuna biancheria, cioè cinque camisce di tela vecchia. Due lenzuola simil-

mente di tela vecchia, e due mesali con sette salvietti grossi vecchi, e tre para di calzette bianche usate. - E nell'altro baullo vi sono due abiti vecchi: uno di panno, et l'altro di seta negri, et un calzone di velluto negro vecchio: ove vi sono ancora quattro posate d'argento e due candelieri similmente d'argento con le smoccola di ottone, e sei piattini di ramo cipro [*sic*] in argento, et una sotto coppa similmente di ramo cipro argentato.

Una spada di ferro col manico di fila d'argento.

Uno bastone di canna d'India col manico di cacciumma.

Nel cortile della rimessa:

Vi è una todeschina (35) usata à due luoghi, che nel tempo, che si fè, contribuì la mettà esso D. Giuseppe, come anche appare per partita del Banco del Popolo per pagamento fatto di denaro d'esso D. Giuseppe al maestro guarnimentaro.

Uno stufino vecchio.

Uno volantino (36) di velluto torchino à quattro luoghi, vecchio. Et un altro volantino à due luoghi, vecchio, che non si è trovato di più che dodici ducati.

Due cavalli, uno de' quali, perché era fracido, si vendé il giorno doppo la morte di esso D. Domenico, carlini venti per mano del cocchiere, et un'altro che vi è al presente bulzo, e due para guarnimenti vecchi, uno de' quali vi sono li tiranti di fune.

BENI STABILI remasti nell'eredità del qm. D. Domenico:

Dodici moggia e mezzo di territorio, sito nelle pertinenze di Marianella e Mugnano, ove si dice à Cannito, ove vi stava un basso et un aria diruta, e con l'uno come l'altra si è fatto di nuovo l'anni passati à spese di esso D. Giuseppe: le quali moggia e mezze sono attaccate ad altre moggia otto proprie di esso D. Giuseppe, nel quale territorio à spese di esso D. Giuseppe vi sono piantate da settecento piante di mela e celza rosse, et ciò da 10 anni fa (37).

Due botteghe nella strada di Toletto attaccate alle carceri di S. Giacomo con un'altra bottega e due altri bassi attaccati, che sono dentro al vicolo con quattro camerette di sopra che stanno sotto all'appartamento di esso D. Giuseppe.

(35) «Todeschina» prae se fert rhedam leviozem, duabus personis vehendis aptam.

(36) Vox hispanica «Volante» olim significabat rhedam magnis rotis instructam: unde diminutivum «volantino» procedit.

(37) Huius praedii mentio fit in quodam instrumento notarili eiusdem D. Dominici de Liguoro: «Die 6 septembris an. 1684 Neapoli. Costituito nella nostra presenza l'Ill.mo Sig. D. Domenico de Liguoro... è venuto a conventione con Giuseppe Riccardo del casale di Mugnano, al quale d'Ill.mo D. Domenico affitta moia venti di territorio sito nelle pertinenze di d° casale di Mugnano, dove si dice Cannito... con l'habitatione di case, aria e cisterna» (Arch. Notarile. Michele de Colellis, an. 1684, f. 132).

Una casa sita in detto casale di Marianella consistente in una mezza sala coverta con suppigno, che fè à sue spese esso D. Giuseppe, come anche ne appare documento. Tre stanze à lamia et una loggetta, quali al presente si ritrovano tutte lesionate et inabitabili, e puntellate da esso D. Giuseppe con un mezzo cortile, stante che se bene oggi appare quadrato fù comprato il di più da esso D. Giuseppe dal qm. D. Nicola de Liguoro, et vi sono quattro bassi, due di essi à spese del d° D. Giuseppe fatti ad uso di cellaro, uno per stalla, et altro per servitori con due cisterne, et mezzo moggio di giardino, che sta attaccato à due altre moggia di esso D. Giuseppe, quale forno comprate da diversi padroni, cioè mezzo moggio dal d° D. Nicola de Liguoro, uno moggio da D. Tomaso Venuti e l'altro mezzo moggio in due partite comprati da me, cioè un pezzo di territorio con cisterna e tre bassi diruti nell'anno 1698 a primo settembre da Anna M^a de Mauro per partita del Banco di S. Eliggio di docati 96 in testa mia et istromento rogato di Notar Aniello Napolitano (38), et il rimanente territorio comprato similmente da esso D. Giuseppe da [*spatium album*] Sarnataro, al quale giardino unito vi fè il muro esso D. Giuseppe à sue spese.

Et per ultimo un capitale di docati 450 sopra l'arrendamento della farina di Romer e Vandaino [*sic*], rimasteli dalla partita di maggio summa di docati 950, mentre à riguardo degl'altri docati 500 nell'anno 1723 con publico istromento rogato per mano di Notar Nicola Zattita (39) di Napoli d° qm. Domenico rimise in beneficio di d° D. Giuseppe suo figlio donatario l'uso frutto che vi avea per averselo riserbato nell'anno 1685 il medesimo D. Domenico con publico istromento per mano del qm. Notar Michele de Colellis (40), aveva donato con donazione irrevocabile tra vivi ad esso

(38) Huius notarii Anielli Napolitano protocolla nondum exhaurire potuimus.

(39) « Conventio inter D. Iosephum de Liguoro et D. Hippolitam de Liguoro. Die 23 septembris an. 1723. Constituti... il Sig. D. Giuseppe de Liguoro, Patritio... figlio del Sig. D. Domenico... Et la Sig^a D. Hippolita de Liguoro, moglie del Sig. D. Nicola Tramontano e sorella del d° D. Giuseppe... Le dette Parti asseriscono come nell'anno 1691 in 4 del mese di aprile... Il Sig. D. Domenico... tra le altre doti... in summa di doc. due mila l'assegnò doc. cinquecento sopra il credito di maggiore summa che il med° Sig. D. Domenico rappresentava contro l'eredità del qm. D. Domenico del Giudice... per causa delle doti della qm. Zenobia del Giudice... [*Pergit prolixum instrumentum cum formulis conventionis*] (Arch. di Stato. Protocolli Notarili, Nicola Zattita, an. 1723, f. 117-127). - In eodem volumine (f. 138) inseritur « conventio inter D. Iosephum de Liguoro et D. nos fratres de Giudice », subscripta die 9 novembris eiusdem anni: cui adnectitur copia instrumenti die 2 novembris an. 1737 a notario Liborio Capone roborati, quo D. Hyacinthus del Balzo, D. Hippolitae maritus, declarat se duc. 800 recepisse a D. Hercule de Liguoro.

(40) Non semel indicavimus lacunas inveniri inter protocolla notarii Michaëlis de Colellis, et signanter pro annis 1685 et 1695, in quibus instrumenta magni momenti pro familia S. Alfonsi subscripta fuerunt.

Signor D. Giuseppe con la riserba del uso frutto sua vita durante in suo beneficio, et nell'anno 1723 rilasciò l'uso frutto sopra li detti docati 5000 della d^a partita di d^o capitale di docati 900 solamente.

Tutti li sopra detti beni nell'anno 1685 furono dal d^o qm. D. Domenico donati col titolo di donazione irrevocabile tra vivi in beneficio di esso Signor D. Giuseppe suo unico figlio mascolo, con la riserba in suo beneficio dell'intero uso frutto de' medesimi durante la di lui vita, et con epressa protesta che in d^a donazione non s'intendeano comprese le legittime dovute alle Signore D. Geronima et D. Ippolita de Liguoro sue figlie, et gl'altri figli che procreara [*sic*] in appresso, in vigore di detto publico istromento in d^o anno rogato dal d^o Notar Michele de Colellis di Napoli, la quale donazione esso qm. D. Domenico la confermò con due altri istromenti nell'anno 1695 per il medesimo Notar D. Michele de Colellis, et l'altro nel 1723 per mano di Notar Nicola Zattita.

SOPRA LI SUDETTI BENI SONO LI SEGUENTI PESI :

Sopra le dette moggia 12 e mezza di territorio vi è di cenzo d'annui carlini trenta due e mezzo che si devono al Seminario dell'Arcivescovado di questa città con sette annate decorse, che sono 22.3.15

Vi è anche annuo cenzo di carlini sette e mezzo debiti [*sic*] alla cappella di S^a M^a Susanna de' Carboni con sette annate decorse 6.3.15

Vi è anche un'altro annuo cenzo di annui carlini sei debiti alli RR. Ebdomadarij dell'Arcivescovado di questa città con dieci annate decorse che sono 4.4.

È sopra d^a Casa di Marianella vi è l'annuo cenzo di carlini nove debiti al Beneficiato di S. Giovanni Crist^o: se li deve 25 annate che sono 22.2.10

Et sopra le dette Botteghe nella strada di Toletto vi è l'annuo cenzo che si deve alla Ven[erabile] Casa dello Spirito Santo di annui docati 31 e mezzo, e nel tempo della morte di d^o qm. D. Domenico se li stava dovendo. 39.2.10

CREDITI che rappresenta il Signor D. Giuseppe de Liguoro sopra l'eredità del qm. D. Domenico suo padre :

Pretende in primò luogo il Signor D. Giuseppe che sopra l'eredità di d^o D. Domenico suo padre se li debbiano bonificare docati 1390, perché le doti della qm. D. Adriana [*sic*] Mastrillo, moglie di d^o D. Domenico e

madre di esso D. Giuseppe, furono in somma di docati 1750, de' quali docati 1.000 si diedero in dote a D. Geronima sua figlia; li rimanenti consistevano in una partita di arrendamento della gabella della farina nova, quale partita fù alienata per d° Signor D. Domenico per docati 827 come si legge nell'istromento di recettione di dote sotto il 14 luglio 1689 per mano di Notar Nicolò Montefusco (41), e si conserva per mano di Notar Andrea Damiano. Onde di questi docati pretende oggi il Signor D. Giuseppe d^a somma di docati 1.390, che ne deduce le due legittime che spettano alle due figlie femine importantino docati 360, cioè docati 180 per ciascheduna per tanti esserno stati liquidadi alla Signora D. Ippolita, come per istromento sotto il dì 14 ottobre 1715 per mano di Notar Domenico Venditozzi (= *Venettozzi*), e sono docati. I.390

Di più esso Signor D. Giuseppe pretende l'interesse di quelli dal giorno, che si è D. Giuseppe casato, che fù à 12 marzo 1695 (42), che per tutto 12 marzo corrente 1728 sono anni 33, et al 5 per 100, conforme costituito l'interesse di detta dote importano ogn'anno docati 69.2.10, e per detto spazio d'anni 33 sono 2.293.2.10

2°. - Il Signor D. Giuseppe rappresenta il credito degl'eredi di D. Giulio Venuti (45), come cessionario del medesimo per via di cessione juris lucrandi in somma di docati 900 e per essi annui docati 36..., atteso il d° Signor D. Giuseppe pagò tutti li detti docati 900 con partita del Banco del SS. Salvatore de' 12 aprile 1717 girata a detti eredi di detto eredi di detto D. Giulio Venuti, capitale dove apparisce tutto 900

Annate undici d'interesse sino al dì 12 aprile 1728. 396

3°. - Pretende il Signor D. Giuseppe docati 500, che d° D. Domenico suo padre ricevè fra le doti di D.

(41) Cognomen Montefusco efformat inter notarios quamdam dynastiam, cui honorem deferunt successive Nicolaus (de quo in textu), Iosephus (1679), Onofrius (1693-1759), Caletanus (1764): fere omnes cum familia de Liguoro relationes profesionales instituerunt, uti deinceps videbimus.

(42) Huius matrimonii Actum originale transcripsimus (*Spic. hist.* 7 (1959) 231, nota 9), ex quo liquet eiusdem celebrationem factam fuisse die 15 maii an. 1695. Quapropter cum D. Iosephus nuptias retro ad diem 12 martii trahit, id affirmat sive ex errore sive ex computatione capitulorum matrimonialium, quae fortasse die 12 martii subscripta sunt.

(43) D. Iulius Venuti, erat pater D. Victoriae Venuti, quae in uxorem data D. Alfonso de Liguoro, secundas nuptias ineunti, effecta est mater D. Dominici de Liguoro et proinde ava materna D. Iosephi.

Agnese di Franco, sua 2^a moglie, in denaro contante nell'anno 1676 a 5 dicembre, e poi la detta D. Agnese ne dispose di docati 500 in beneficio di esso Signor D. Giuseppe, allora suo figliastro nel suo ultimo testamento e donazione, con condizione di non dover molestare d° suo padre, mentre vivea, per detto suo credito 500

4° - Pretende il Signor D. Giuseppe, che D. Domenico suo padre, li venghi debitore in docati 400 pagati alla Signora D. Ippolita, altra figlia e sorella rispettive, cioè docati 180 di sua legittima porzione, e docati 120 d'interesse sino a quel tempo decorso che fù nell'anno 1695. Onde oggi il Signor D. Giuseppe dice che se li debbiano bonificare non solamente i detti 400 pagati, ma ancora l'interesse di quelli alla ragione del 5 per 100 per aver sodisfatto di suo proprio denaro 400

E calcolando l'interesse dalli 14 ottobre 1715, tempo in cui fù sodisfatto il credito sono anni tredici sin'oggi, che alla d^a ragione del 5 per cento sono docati 20 annui, e per 13 anni sono 260

5° - Pretende docati quattrocento in circa pagati a D. Tolla (44) de Liguoro, cessionaria di D. Tomase Venuti per l'interesse del sud° capitale di docati 900, che si doveano dal qm. D. Domenico con la condizione espressa di doversele ritenere ante parte della sud^a donazione fattali dal qm. D. Domenico suo padre sopra la sua eredità, come appare per partita di Banco 400

6° - Pretende esso Signor D. Giuseppe come marito e legittimo amministratore di D. Anna Cavalieri sua moglie di docati 500 di capitale che esso D. Domenico suo padre prendé dotali della medesima D. Anna, per li quali li fè vendita d'annui docati 25 al 5 per cento, assignandoli le dette Botteghe alla strada di Toledo, in virtù d'istromento stipulato a 24 ottobre 1707 [*omittitur nomen Notarii*], et partita di Banco in testa di D. Giuseppe Cavalieri per lo Banco dello Spirito Santo in data de 24 diciembre 1707 500

E poi le terze dal sud° anno 1707 sino al presente anno 1728, che sono anni 21 alla sud^a ragione d'annui docati 25 sono 475 475

(44) «Tolla» seu «Iolla» erat diminutivum familiare, quo designabatur D. Vittoria.
- Cfr. *Spic. hist.* 7 (1959) 211.

E di più pretende esso Signor D. Giuseppe docati 48 e tarì 2, spesi per l'intierro[*sic*] (45) del qm. D. Domenico

48

E di più pretende docati 106 ed un tarì spesi nell'ultimi del prossimo passato mese di marzo per rifezione necessaria delle suddette botteghe a Toledo, apparendo per partita del Banco del Popolo, cioè docati 4 e due tarì in testa di esso D. Giuseppe de' 26 marzo corrente anno 1728 pagati a maestro Andrea delle Pezze... Et per partita del medesimo banco sotto li 8 aprile del corrente anno di docati 50 pagati a maestro Gennaro Pascale, maestro d'ascia e mercante di legnami a compimento di docati 81 per conto di cerqua con altri tavoloni da cerque, travi e tavole di castagna per rifazione della bocca della bottega del caso (46) et oglio, et per rifare di novo il balcone che gira le tre botteghe alla strada di Toletto et l'altra che è la macelleria che gira al vicolo, il quale stava cadente

100.1.

Et di più pretende docati 20.2.10 dati alli servidori che stavano al servizio del d° qm. D. Domenico, che se li restava dal medesimo dovendo

20.2.10

In tutto sono.

7.689.1.

E di più deve pagare una lunga lista di speziaria de medicamenti, che il speziale pretende da 10 anni serviti per d° qm. D. Domenico.

16. Ogni mese in fine debba ogni Fratello pagare grana cinque, e questo denaro servirà per le spese, che occorreranno alla Congregazione, e passando 4 mesi e qualche Fratello non avesse pagato, siccome di sopra, sia ad arbitrio del P. Spirituale il casarlo dalla Tabella, se lo stimerà espediente.

17. Debba fare una Cassa a spese de' Signori Fratelli, dentro cui si ripongano le torce, e la chiave di quella debba conservarla il Rev. Sig. Economo della Collegiata, o pure altra persona eliggenda da' Fratelli di detta Congregazione, e la Cassa debba situare dentro la Congregazione.

18. Volendosi aggregare a detta Congregazione altro Fratello, oltre di quelli che già sono aggregati a questa prima erezione, debba essere ammesso per voti segreti, e debba fare per lo spazio

di sei mesi il Noviziato, al quale tempo di sei mesi possa il P. Spirituale della Congregazione dispensare sino a 3 mesi, qualora stimerà espediente, secondo li detterà la prudenza.

Si aggiunge che a questa Congregazione si ammettono anche le Sorelle, le quali mai interverranno co' Fratelli negli Esercizi pubblici della medesima; ma le Sorelle debbano ogni venerdì al giorno (5) intervenire alla Coronella di Maria Addolorata, che in detta ora si reciterà secondo il solito nella Cappella della Madonna della Pietà. Sono le Sorelle obbligate pagare per ogni mese grana due, e mezzo in mano di una Procuratrice da esse eletta, il quale danaro s'impiegherà per la compra delle torce per l'accompagnamento del SS. Viatico. Dippiù le Sorelle siano tenute nella morte di ciascheduna di loro, e di ciascheduno Fratello recitare per l'anima della Defonta, o Defonto quindici poste di Rosario, ed applicare tre Comunioni; ed all'incontro li Fratelli nella morte di ciascheduna di dette Sorelle siano anche obbligati ad applicare le tre Comunioni, e recitare li tre Notturni dell'Officio de' Morti, come si è detto nel capitolo 13.

D. Angiolo Crisconio Preposito di Maiuri

D. Francesco M. Confalone Prefetto

Cav. Filippo Mezzacapo Assistente

Michele Confalone

Filippo Confalone

D. Camillo Orsini Padre Spirituale

La presente copia è stata da me estratta dal suo originale che per me si conserva.

Il presente atto rogato a 13 settembre 1754.

Ed in fede

Io Not. Giacomo Cito della città di Maiuri ho segnato (l.s.)

(5) Nel pomeriggio.

ANDREAS SAMPERS

EPISTULARUM COMMERCIIUM
INTER PATRES CSSR IN ITALIA ET TRANS ALPES

A MORTE S. CLEMENTIS, 15 III 1820
USQUE AD ELECTIONEM RM COCLE, 11 VI 1824

Aliquot abhinc annis tabulam exhibuimus omnium epistularum hucusque notarum, quas Fratres cis et trans Alpes degentes, tempore S. Clementis, ann. 1786-1820, sibi invicem miserunt (1). Eadem occasione illas epistulas transscripsimus, quae in opere *Monumenta Hofbaueriana* (2) non inveniuntur (3), inter quas 17 litteras Ven. P. Passerat (4) ad PG Giattini (5) missas (6). Continuamus hanc editionem usque ad an. 1824, transscribentes epistulas a Fratribus cis et trans Alpes datas et acceptas a morte S. Clementis (7) usque ad electionem RM Cocle (8), i. e. tempore generalatus RM Mansioni (9) et vicariatus VG Di Paola (10). Adiungimus quasdam epistulas exterorum, quae ad epistularum commercium inter sodales CSSR proxime accedunt (11).

Ex his 35 epistulis 13 scriptae sunt a VG Passerat, et quidem 8 ad RM Mansioni (12), 2 ad VG Di Paola (13), 1 ad PG Giattini (14), et 2 ad P. em

(1) *Spic. hist.* 7 (1959) 17-28.

(2) *Monumenta Hofbaueriana* I-XV, Kraków-Torún-Roma 1915-1951; de indole et divisione operis cfr *Spic. hist.* 1 (1953) 271-273 (Löw). - Allegabitur abbrev.: MH.

(3) *Spic. hist.* 7 (1959) 28-67, ubi 44 epistulae ann. 1802-1818 transcriptae sunt.

(4) Notitiae biographicae VG Iosephi PASSERAT (1772-1858) in *Spic. hist.* 2 (1954) 265 n. 125.

(5) Notitiae biographicae PG Vincentii Antonii GIATTINI (1752-1827) in *Spic. hist.* 2 (1954) 250 n. 63.

(6) *Spic. hist.* 7 (1959) 30 ss., nn. 3, 8, 9, 11, 18-25, 27-31, ex ann. 1803-1810.

(7) Notitiae biographicae S. Clementis (1751-1820) in *Spic. hist.* 2 (1954) 242 n. 26.

(8) Notitiae biographicae RM Caelestini COCLE (1783-1857) in *Spic. hist.* 2 (1954) 242 n. 27.

(9) Notitiae biographicae RM Nicolai MANSIONE (1741-1823) in *Spic. hist.* 2 (1954) 258 n. 100.

(10) Notitiae biographicae VG Iosephi DI PAOLA (1762-1826) in *Spic. hist.* 2 (1954) 247 n. 48.

(11) Infra epist. 16, 23.

(12) Infra epist. 1, 3, 5, 7, 13, 14, 17, 26.

(13) Infra epist. 30, 32.

(14) Infra epist. 4.

Springer (15). Epistolae ad VG Passerat ex Italia datae habentur 5, et quidem 2 a RM Mansionem (16), 2 a VG Di Paola (17), et 1 a P.e Springer (18). Non paucae epistolae a moderatoribus supremis Congregationis in Italia et trans Alpes mutuo datae, deperditae sunt, sicuti ex notitiis illarum quae supersunt aliisque indiciis desumitur; in adnotationibus plerumque indicabimus, quasdam litteras nos latere. - Sex epistolae scriptae sunt a superioribus collegii in Valsainte, post discessum VG Passerat in Wien: 1 a Vice-Rectore Sabelli (19), 2 a Rectore Czech (20), 3 a Rectore Biedrzycki (21); tres datae sunt a RM Mansionem ad P.em Czech (22). Ad statum Congregationis in Helvetia referuntur etiam 3 epistolae a P.e Sabelli scriptae, paulo post suum adventum in Italia (23), et litterae Exc. Yenni (24). Nec in hoc casu omnes epistolae conservatae sunt. - Unica epistula cognoscitur a Rectore collegii in Bischenberg scripta (25). - Duas epistulas denique imprimendas curabimus, quae, quamquam Alpes non transcenderunt, tamen intimiori modo cum aliis collegantur, utpote a P.e Sabelli (26) et P.e Springer (27) tempore commorationis in Italia scriptae.

Quo facilius res narratae intellegantur, complures notas adposuimus, praesertim ad nomina Fratrum et domorum; ceterum remittimus ad libros P.is Hosp de historia Congregationis in Austria (28), et P.is Landtwing de historia Instituti in Helvetia (29), qui omnibus historiae CSSR huius temporis cultoribus praesto esse supponuntur.

Longe maxima epistularum pars — sive in originali, sive in minuta — conservatur in Archivo generali CSSR, Romae (30); duae iacent adhuc in Postulatione generali nostra (31); tres custodiuntur in Archivo Prov. Lugdunensis, Lyon (32).

(15) Infra epist. 18, 28.

(16) Infra epist. 2, 19.

(17) Infra epist. 27, 31.

(18) Infra epist. 29.

(19) Infra epist. 6.

(20) Infra epist. 8, 20.

(21) Infra epist. 24, 25, 33.

(22) Infra epist. 15, 21, 22.

(23) Infra epist. 9, 11, 12.

(24) Infra epist. 16 et 23 (responsum).

(25) Infra epist. 34.

(26) Infra epist. 10.

(27) Infra epist. 35.

(28) Ed. HOSP CSSR, *Erbe des hl. Klemens M. Hofbauer. Erlösermissionäre (Redemptoristen) in Österreich, 1820-1951*; Wien, CSSR, 1953; 8°, 619. - Allegabitur abbrev.: HOSP, *Erbe*.

(29) Th. LANDTWING CSSR, *Die Redemptoristen in Freiburg in der Schweiz, 1811-1847* (= *Bibliotheca Historica CSSR II*); Roma, CSSR, 1955; 8°, XII-149, ill. - Allegabitur abbrev.: LANDTWING.

(30) Allegabitur, uti semper in his foliis, abbrev.: AG.

(31) Infra epist. 30, 32. - Notatur, quod ibi etiam asservantur tres epistolae originales S.i Clementis ad RM Blasucci, ex Warszawa 1796 XII 31, 1808 I 9, 1811 IX 25.

(32) Infra epist. 9, 11, 12 et Rescriptum positum post epist. 21. - Plausum accipiat Plur. RP Provincialis Renuus Billiet, qui nobis humanissime haec et alia documenta sui archivi concessit, ut photocopiam pro archivo generali perficeremus.

Omnia documenta ipsi vidimus et transscripsimus, duobus exceptis, quorum copiam P. Landtwing confecit (33). Transscriptio est fidelis, servata forma quae in manuscriptis invenitur, his tantum exceptis: 1. nonnulla menda orthographiae et quaedam menda grammatices correximus, 2. usus signorum interpunctionis ad hodiernum modum accomodatus est, 3. item usus ponendi litteras maiores aut minores initio verborum, 4. saepe divisionem sententiarum indicavimus a nova linea incipiendo.

1. - 1820 IV 12, Valsainte (Ct. Fribourg, Suisse) (1). - RP PASSERAT ad RM Mansione. - Orig. (tantum subscriptio autographa; epist. scripta a P.e Sabelli): AG Epistulae P.is Passerat I; edit.: MH XIII 209-211.

Nuntiat obitum VG Clementis M. Hofbauer. Refert de vicissitudinibus et statu actuali Congregationis Transalpinae. Postulat dimissionem a munere superioris, infirmiae valetudinis causa; et proponit alios pro rectoratu. Petit mandata, monita, documenta.

Val-sainte in Cantone Friburgensi
in Helvetia, die 12 Aprilis 1820

Reverendissime in Christo Pater!

Hisce litteris Reverendissimae Paternitati Vestrae nuntio obitum Rev.mi Patris Clementis Mariae Hoffbauer, Vicarii nostri generalis, qui XV^a Martii anni currentis 1820 Viennae in Austria contigit. Etsi R.P. Martinus Stark (2), tunc ejus in hac urbe comes, nequivit, utpote convalescens ipse, mortem hanc inopinatam nobis et molestam nimis singillatim enarrare, ex his tamen quae scripsit (3) satis colligere possum, defunctum hunc nostrum toti urbi Viennae desiderium sui reliquisse maximum; tanta enim erat multitudo exequias ejus deplorantium, ut amplissima cathedralis ecclesia adeo esset Christianis conferta, ut vix Clerus ingredi posse videretur (4). Obitum hunc quasi calamitatem communem ediderunt novellae regales publicae (5). Enixe ergo et suppliciter Confratrum omnium nomine rogo Vestram Rev.mam Pat., ut suffragia pro anima venerandi nobis et dilecti defuncti absolvi

(33) Infra epist. 9 et 12. - Gratias debitas agimus RP.i Thomae Landtwing, qui iam pluries documenta et notitias ad studia historica nostra pertinentes comiter nobis transmisit; pro hac editione nobis etiam photocopiam epist. 23 paravit.

(1) Collegium Valsainte, inchoatum die 12 V 1818, derelictum aestate 1826. - Cfr LANDTWING 23 et 28.

(2) P. Martinus STARK (1787-1852) an. 1808 comes S.i Clementis in urbem Wien advenit. - Cfr notitias biographicas in *Spic. hist.* 2 (1954) 273 n. 157.

(3) Haec epistula nos latet; conservata tamen est secunda epistula P.is Stark ad P.em Passerat post mortem VG Hofbauer (diei 27 III 1820) in qua ad anteriorem remittit (MH XIII 204-207), sicuti et tertiam (diei 22 IV 1820) in qua ad secundam remittit (MH XIII 212-214). - Arch. Prov. Lugdunensis-Lyon. Codex epistularum pp. 50-53, 53-55 (in versione francogallica).

(4) De exsequiis solemnibus magna populi commotione die 17 III 1820 peractis cfr J. HOFER CSSR, *Der. hl. Klemens H. Hofbauer*²⁻³, Freiburg/Brsg. 1923, 432-435.

(5) Joseph Anton Edler von Pilat (1782-1865; cfr *Spic. hist.* 7 [1959] 84 n. 101) in memoriam S.i Clementis scripsit in foliis *Österreichischer Beobachter* diei 17 III 1820, sicuti ipse edixit in processu beatificationis. - Cfr MH XI 241.

jubeat, nosque sub tutela sua immediata orphanos recipere velit. - Exponam Illi nostrum statum.

Ab anno 1803, quo Varsaviâ in Germaniam missus fui ad coloniam nostrae Cong.nis instituendam (6), ad id momentum usque nullibi fixum pedem habere licuit, donec a Senatu Friburgensi in Helvetia qua Corpus tandem recepti fuimus XII^a Maji anni 1818. Monasterium cui nomen Vallis-Sancta, solo in sterili et ingrato situm, et sine magnis impensis non resarciendum, dederunt; adjuncta bona ad summam 29000 librarum seu 1812½ aureorum gallicorum emimus, quorum solvimus 812½ eosdem aureos (7). Vivimus insuper ex Missarum stipendiis, nec non ex iis quae Confratres expositi, prae penuria Sacerdotum, hacce in dioecesi conferunt. Praecipue autem providentiae Dei nostri optimi nitimur, quae nobis haud defuit unquam.

Fundationem hanc, commodis omnibus vacuam, non accepimus nisi necessitate pressi, Confratres hinc et inde cum periculo vocationis et animae perdendae diu dispersos in unum cogendi. Ad hancce domum pertinent circiter 17 Sacerdotes professi, 1 Subdiaconus, 3 Fratres laici, 6 Novitii; nec numero Sacerdotes 6, qui a me vocati redire ad nos detrectant (8). Frustra dispensationem in votis plerique petunt, cum justis careant causis; iniquam ponere causam, ut eis fieret satis, renui constanter. Etsi qui familiam Varsaviensem in Polonia componebant, mihi crediti non fuerunt, dicam tamen eos dispersos mihi videri vix paratos in sinum matris redire, si duo, forsan tres excipiantur (9); tertius ille anceps est P. Rector Carolus Jestersheim, commorans in Pruszyń per Cracoviam in Polonia (10).

Nos vero hic existentes ad nutum Reverendissimae Paternitatis Vestrae stamus parati ire quocumque voluerit, gaudenterque Italiam petemus, sumemusque quidquid hic possidet Congregatio; praesertim ego, qui a 17 annis Rector et imperando assuetus, obedientiam iterum didicere [=discere] vehementer desidero. Cum dotibus ad munus quod gerere debeo vacuus sim, argumentum veritatis, prae pluribus quae taceo, sit illud: infirma nempe valetudo, quae — dicente Sto Vincentio a Paulo — regimini reddit quemque inhabilem. Ratio patet: Rector enim istiuscemodi exempla austerae et exactae vitae non dabit. Et homo iste sum.

Ni Senatui civili, qui pro more nostri ferrei saeculi Italiam ratione Romanae Sedis cavet, displiceret, rogarem ut Rectorem ex Italia nobis mitteret. Si visum Illi fuerit hunc lapidem non offendere, indicabo eos qui huic oneri ferendo pares mihi videntur; nempe: R.P. Czech (11), R.P. Mar-

(6) Cfr HOFER, l. c. 162; H. GIROUILLE CSSR, *Vie du vén. P. Joseph Passerat, premier Rédemptoriste français, 1772-1858*, Paris 1924, 63-64.

(7) De emptione monasterii Valsainte cfr LANDTWING 24 ss.

(8) Nomina habentur in epistula VG Passerat diei 25 VII 1820; infra epist. 3.

(9) De Patribus in Polonia dispersis post suppressionem Conventus S.1 Bennonis in urbe Warszawa (an. 1808) vide studia PP.um I. LÖW et C. SZRANT, *De Redemptoristis in Polonia, 1807-1847: Spic. hist.* 7 (1959) 113-151.

(10) De P.e Carolo JESTERSHEIN cfr *loc. cit.* 122-124.

(11) CZECH Aloisius (1790-1868); cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 244 n. 32 et 4 (1956) 497 n. 42.

tinum Stark, R.P. Iosephum Libozki (12), Bucharesti in Wallachia existentem, et R.P. Ioan. Ios. Sabelli (13); omnes supra 30 annos natos. Necessè tamen interea est, ut uni tradat facultates, quas mihi defunctus R.P. Hoffbauer delegaverat, nempe: accipiendi foundationes, Novitios, Professos ad Ordines mittendi sub titulo mensae, quale privilegium nobis concessum est hic, etc. etc. In angustiis horum temporum fieri [= *faciendae*] quandoque sunt mutationes, quae recursus moram non admittunt.

Spes est domum in Gallia accipiendi, et iter hac aggrediendum foret; res jam incepta est a me, qui iubente Rev.mo Patre Hoffbauer pluries jam ad hoc Galliam petii (14). Ad perficiendum opus nihil deest, nisi praesentia Episcopi dioecesis Argentinensis, mox Parisiis ad suam Sedem discessuri (15).

Humillime et instanter postulo non tantum mandata, sed et monita et documenta, quae tanquam ab ore Christi suscipiam; prout insinuabit aut exiget, plura deferam et narrabo. Alia mihi non occurrunt, nisi ut orem Reverendissimam Paternitatem Vestram, ut ad nos dirigere velit haec verba Redemptoris nostri ad Apostolos: « Non relinquam vos orphanos ».

Osculando humillime manum, offero nomine omnium Confratrum et meo profundissimae venerationis perfectaeque obedientiae sensus, quibuscum maneo

Reverendissimae Paternitatis Vestrae

humillimus et submississimus servus et filius

P. Iosephus Passerat C.SS.R., Rector.

Inscriptio a tergo:

Al R.mo Padre Rettore Maggiore

P. D. Nicola Mansione del SS.mo Redentore

Napoli

per Pagani, S. Michele

2. - 1820 V 30, Pagani. - RM MANSIONE ad VG Passerat. - Minuta: AG X A 2; edit. (sec. copiam in *Chronica Collegii Friburgensis*): MH XIII 236-240.

Epistula certo scripta est die 30 V 1820, sicuti patet ex responso P.is Passerat diei 25 VII 1820 (infra epist. 3 initio), et etiam notatur in editione facta (MH XIII 239). Minuta conservata in AG habet diem 22 V 1820. In ALO 7 (1) indicatur dies 22, sed ALO confectum est a P.e Sabelli pro epistulis scriptis, antequam curam archivi generalis ei commissa est (X-XI 1822), secundum exemplaria in Pagani conservata, ergo in casu secundum minutam, quae nunc habetur in AG.

Dolet de morte VG Clementis M. Hofbauer. Gratias agit pro notitiis sibi datis. Mandat diploma, quo Vicesgerens constituitur, una cum sapien-

(12) De P.e Iosepho LIBOZKI (1789-1841) cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 255 n. 85.

(13) De P.e Ioanne SABELLI (1780-1863) cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 297-300.

(14) Iam an. 1803 ipse S. Clemens cum P.e Passerat iter in Franciam fecit foundationis incipiendae causa, sed frustra. - Cfr HOFER, l. c. 162-163; GIROUILLE, l. c. 65-67.

(15) Agitur de fundatione in Bischenberg, quae paulo post, die 2 VIII 1820, incepta est. - Vide notam 48 ad epist. 3.

(1) *Archivio delle Lettere Ultramontane* in AG LVIII 1. - Cfr *Spic. hist.* 7 (1959) 16 et 8 (1960) 348-349.

tissimis consiliis. De statu Congregationis in Italia. Rogat, ut mittantur ultiores notitiae pro Catalogo Congregationis. - Est responsum ad epistolam praecedentem.

Ad M.D.G.

Reverende et Carissime Frater

Litterae tuae (2), alioquin multo nobis jucundissimae, magna nos tristitia affecerunt, obitum nuntiantes infatigabilis Evangelii praeconis atque indefessi in vinea Domini operarii, Reverendi scilicet P. Clementis Mariae Hoffbauer. Nil hoc funestius auribus nostris insonare potuisset. | Siccinne tu ergo separas, amara mors! Sic amore sociatos crudelis ac dira dissolvit! | (3). Bene habet, quod liniendo dolori blanda succurrat cogitatio, jure meritoque sperandum esse, quod jam Ille, pro tot tantisque longo annorum cursu laboribus exantlatis, super coeli convexa apostolicis immixtus choris, claro Dei conspectu, qui Paradisorum, ut Augustinus ait, est Paradisus, supereffluente mercede plenissime felix in perpetuas fruatur aeternitates. In terris certe, praesertim apud Vos, memoria vivet Ille sempiterna, perenne filiis suis ad virtutes, ad labores incitamentum et exemplar. - Sed ne sola bona verba proferre videamur, quod longe solidius amoris argumentum est, nos illico defuncto nostro justa persolvimus, eique, qua decuit, pompa ac sollemnitate parentatum est.

Ad alia, et quidem laetiora digredientes, pergratum nobis accidit, de statu ac rerum facie apud Vos, de novo empto Vallis-Sanctae domicilio, cui perficiendo allaboratis, de incolentium in eo numero sociorum, seu primi seu secundi ordinis (4), quique sint votis adstricti, seu professi, quique tyrones, seu novitii (vetere vocabulo dixeris candidatos), quos omnes ulnis sinuque complectimur amantissime, tum de alia in Galliis sede, si votis, si molimini successus erit, constituenda, deque ceteris novam in epistola tua notitiam exhiberi. At rescire volupe fuisset, sintne praeterea aliae aliis in locis stationes sive stabiles Vobis constitutae domus?

Quod autem, uti par erat, alte profiteris, a Rectore Te Majori Congregationis SS.mi Redemptoris pendere velle, maximo Te honore, coram Deo et hominibus, affecisti, Frater Carissime. Sic enim uno sub capite unum corpus erit. Et quantum inde auctoritatis, quantum roboris vestro accedet Sodalitio? Quis ignorat, quod vis unita fortior? « Funiculus triplex difficile rumpitur », a sapientissimo audimus Salomone.

Haec itaque omnia prae oculis habentes, re coram Domino pensitata, mittimus Tibi, Frater Carissime, diplomata, seu, ut loquuntur, Litteras Patentis, per quas potestas Tibi communicatur, qua vice fungaris nostra super omnes, qui isthic Tecum ad nostrum Sodalitium pertinere gloriantur. Ut planius dicam, per has litteras Rectoris Majoris, cujus Nos quamquam

(2) Refert ad epistolam VG Passerat diei 12 IV 1820; supra epist. 1.

(3) Verba lineis erectis inclusa in minuta linea deleta sunt; in originali omissa sunt, ut patet ex copia edita (MH XIII 236).

(4) Socii primi et secundi ordinis: Patres et Fratres laici.

immeriti, locum nunc gradumque tenemus, Generalis Vicarius es constitutus, ad coercitiones, ad electiones, ad novas fundandas domus, ad votorum susceptionem, seu professionem novitiorum etc. (5). Maximopere quidem gavisus sumus, dum Reverentia Tua sincera, non fucata locutione protestata est, magis placere sibi subesse quam praeesse, ac parere potius quam imperare. Docilis tamen subdes adhuc colla iugo, divinae adquiescens voluntati. Hanc, o Carissime, | qua trahit retrahitque | (6), sequentes, requiem animo nostro, ut Veritas ait, inveniemus. Quod autem necessario monendum est, ut nostra Statuta praescribunt, duo Tibi eligendi sunt nomine officioque *Consultores*, qui in gravioris momenti deliberationibus adsideant Tecum, suam proferantque sententiam. *Monitore* quoque opus est, ac tuum est significare Nobis, quisnam sit idoneus dignusque, qui a Nobis ad hoc munus deputetur (7).

Quod plurimos, quod magnos in Dei gloriam subeatis labores, bene scimus. Volumus tamen, Carissime Frater, magis magisque de *qualitate* modoque, quam de *quantitate* ac mole rerum actorumque Vos esse sollicitos. | Nostis, quod inter septena septem Graeciae Sapientum dictata celebratur istud: « Modus est optimus ». Modus profecto illud est, quod rebus omnibus pulchritudinem, venustatem, perfectionem impertit. Habendum itaque prae oculis illud Augusti Caesaris: « Festina lente ».

Ut autem in re tanti momenti paullo immoremur: modus, ut dixi, commendat omnia. Modus vero ordine continetur; atque, ut ordo teneatur, libella quadam seu norma opus est, eaque exacta, quae quidem nobis praesto est, ante oculos collocata | (8). Putamus (9) autem extare apud Vos exemplar Regulae, quae nobis ab Apostolica Sede praescripta est (10). Hac duce carpetis viam, ad dexteram laevamque non declinantes. Hac veluti aurificum statera ponderanda omnia. Hic lydius sit Vobis lapis. Istud quoque adungere hic juvabit, ad actus omnes dirigendos valde praecellens: Pro Deo et Deo coram nostra omnia peragentur. Haec operum perfectio, haec sapientia numeris omnibus absoluta. Atque huc spectat illa Assissinatis auro gemisque pretiosior sententia: « Tantum scit homo, quantum operatur » (11), utique pro Deo et Deo coram.

(5) In AG nec originale nec minuta nec copia antiqua huius diplomatis conservatur. Habetur textus in MH XIII 240 sec. copiam in archivo Curiae in Wien depositam. - Dies confectionis est 30 V 1820.

(6) Verba lineis erectis inclusa in minuta linea deleta sunt; in originali tamen inscripta sunt, ut patet ex copia edita (MH XIII 237).

(7) In diplomate PP. A. Czech et M. Stark Consultores Vicarii nominantur; Admonitor indicatur littera N. - Primus munere Admonitoris Vicarii functus esse videtur I. Podgórski. Cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 44-45.

(8) Lineae erectae (ante *Nostis*; post *collocata*) habentur in minuta. Verba his lineis inclusa in originali ommissa sunt, ut patet ex copia edita (MH XIII 237).

(9) In minuta: *Pulo*. RM Mansionem primo epistolam scripsit in singulari (*ego*), postea correxit in plurali (*Nos*).

(10) Regula et Constitutiones genuinae Confratribus Transalpinis illo tempore defuerunt, ut ex sequentibus epistulis luculenter patebit. - Cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 343 ss.

(11) Sicuti quidam doctus Pater OFM, rogatu Rev.mi P. is F. Antonelli OFM, Promotoris generalis Fidei, humanissime nobis communicavit, hoc dictum S. i Francisci Ass., prout

Optima autem factu res est, si quidem fieri potest, R.P. Joannis Josephi Sabelli vestri, qui probe Italicam callet linguam, hinc a Vobis ad nos commigratio. Hic etenim dilucide ac plene vestra enarraret, et oculis prospiciens suis nostrarum rerum, quae ad Institutum pertinent, rationem, modum, disciplinam, non multo post tempore rediens, instar vivi, ut ita dicam, libri esse posset (12).

Ut Tibi vicem reddituri, aliquam de statu nostro notitiam scripto consignemus: In Terra Laboris (13) tria nobis numerantur domicilia: I. Nuceriae Paganorum, quod caput est omnium, et ubi Ven. B.N.P. Alphonsi M. de Ligorio exuviæ requiescunt, ad quas undique, pietatis causa, frequentissime fit concursus; II. Neapolis, quod S. Antonii ad Tarsiam vulgo dicitur; III. Summae ad Vesuvium (14). - In Principatu Citeriori (15) est nobis antiqua domus Juranorum. - In Lucania, seu Basilicata, prostat alia ad Caput-Silari. - In Capitanata, non longe a Bibino (16), aedem habemus S. Mariae Consolationis ad Ilicetum (17), cui modo in ipso Iliceti oppido adjuncta est domus altera S. Antonii, quae fuit Conventualium (18). - In Calabria tres prostant sedes, multis abhinc annis adquisitae: I. Catacensis seu Catanzarii (19); II. Stylitana (20); III. Tropaeensis (21). - In Romanorum regione quinque habemus domicilia, nempe: I. Romae, S. Mariae in Monte-

traditum a Leone de Assisi (Frate Leone) in tractatu suo *Speculum perfectionis* cap. 4 vers. 12 (ed. Sabatier, Paris 1898, p. 13) sic sonat: «Tantum homo habet de scientia quantum operatur». Additur nonnunquam: «Non sit aggregator librorum», quod est commentum (glossa) auctoris ignoti.

Nunc datur etiam textus originalis Fratris Leonis, 1^o sec. compilationem Perusinam (codex 1046 [M 69] Bibl. Com. in Perugia; ed. Delorme, Paris 1926, p. 43 n. 74): «Tantum scit homo de scientia quantum operatur»; 2^o sec. compilationem Romanam (codex 1/73 Bibl. Conv. S. Isidori, Romae; ed. Lemmens, in *Documenta antiqua franciscana* 1, Quaracchi 1901, p. 94): «Tantum scit de scientia homo religiosus quantum ipse operatur». - Cfr etiam H. REICHERT, *Urban und human. Gedanken über lateinische Sprichwörter*, Hamburg [1956], 371.

(12) P. I. Sabelli iam ab an. 1817 de itinere in Pagani scripsit, ideoque RM Mansionem de eo cogitabat pro hac missione. Cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 298 et 7 (1959) 55 ss. - An. 1823 P. Fr. Springer a VG Passerat in Italiam missus est, ut observantiam genuinam edisceret, uti ex epistulis infra transcribendis (14 ss.) patebit. Cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 302-303 et 4 (1956) 387-393.

(13) Provincia «Terra di Lavoro».

(14) Collegium ad S.i Iosephi in Somma Vesuviana, dioec. de Nola, incoeptum 19 III 1816, derelictum an. 1898. - Cfr *Catalogus CSSR concinnatus et publicatus exeunte an. MCMX*, Roma 1910, 25.

(15) Provincia «Principato Citra», in qua situs est pagus Ciorani.

(16) Bibino: Bovino.

(17) Collegium ad B.M.V. sub tit. Consolationis prope Deliceto, dioec. de Bovino, Nostris concessum die 1 III 1745 (cfr *Spic. hist.* 5 [1957] 287-289), suppressum die 11 VII 1866 (cfr *ibid.* 278 n. 2).

(18) Hospitium ad S.i Antonii Pat. in Deliceto, incoeptum an. 1820, suppressum 11 VII 1866. - Cfr *Catalogus CSSR* 1910, p. 24.

(19) Collegium ad S.ae Catharinae V.M. in Catanzaro, incoeptum 16 V 1790, suppressum 11 VII 1866. - Cfr *ibidem*.

(20) Collegium ad S.i Ioannis Teresti in Stilo, dioec. de Squillace, incoeptum 16 V 1790, suppressum 11 VII 1866. - Cfr *ibid.* 25.

(21) Collegium ad SS.mi Nominis Iesu in Tropea, incoeptum 16 V 1790, suppressum 11 VII 1866, instauratum 9 VIII 1927 (canonice erectum 4 II 1932; *Analecta* 11 [1932] 80).

rone (22); II. Eugubii (23); III. Hispelli (24); IV. Frosinonis; V. S. Caeciliae sive Scifellis. - Beneventi (quod ad Apostolicam pertinet Sedem) est modo una domus (25), altera amissa (26). - In insula Siciliae sedem habemus Panhormi, Agrigenti, Sacchae (27).

Venio nunc ad nova constituta in hoc Regno domicilia: Coriliani (28) nempe in Calabria Citeriori, tum Aquilae (29), quae est in Aprutio; quae duo jam inhabitantur. His adde tertium Francavillae in Salentinis, quod nondum inhabitatur (30). Hae novae domus, ad quas suscipendas vix vi, colloque velut obtorto, sumus adsensi, in maximas nos conjecerunt angustias. Nam messis hic quidem plurima, operarii autem pauci, plerique senes et imbecilles. Domino tamen, qui dat lassis virtutem, adjuvante, uberrimi ubique colliguntur pietatis fructus.

Praeter hoc erigit nos, bonoque animo esset jubet, et spes fovet jucundas, ampla, quam habemus, veluti seges adolescentulorum et iuvenum (numero fere LX), cui rite ex[c]olendae nulli parcitur labori, nullis expensis. Haec, quae plena vigore sursum in auras laeta contendit, et florum pulchritudine et ubertate magnum quiddam portendit, si ad maturitatem Dei favore perveniet, magno nobis pressurarum erit levamento. Vacantia certe eorum, qui decesserunt, loca studiosa haec nostra iuventus occupabit. Tibi quoque, Ven. Frater, (apposite hic monebo) nil erit antiquius, quam rite ordinare iuvenum studia ac sedulam navare operam, ut humaniorum cultura litterarum ac philosophicis informata studiis in divinarum potissimum cognitionem rerum totis incumbat viribus, tota mentis contentione. Hinc enim solida et succi plena efflorescit eloquentia, quae [a] Tullio nostro, qui quasi quidam eloquentiae rex est, alicubi definitur: « Copiose loquens sapientia ». - Ista autem, o Carissime, ad abundantiam dicimus. Perspecta

(22) Hospitium ad B.M.V. sub tit. Assumptionis Nostris concessum est Litteris Apostolicis in forma Brevis datis die 2 VIII 1815. - Cfr *Spic. hist.* 8 (1960) 49-51.

(23) Prima fundatio CSSR in Gubbio perfecta est an. 1782, derelicta an. 1825 (translata in Spoleto an. 1826). Ab an. 1857 usque ad an. 1861 (suppressio) denuo Congregatio nostra domum in Gubbio habuit. - Cfr AG XX I.

(24) Die 7 XII 1781 concessa est domus religiosa in Spello P.i Franc. de Paola, tunc Praesidi Congregationis in Statibus Pontificiis; domus cessa est Episcopo de Foligno die 3 X 1820. - Cfr AG XX K.

(25) Collegium ad B.M.V. sub tit. Assumptionis in S. Angelo a Cupolo, fundatum an. 1755. - Cfr O. GREGORIO, *S. Angelo a Cupolo, prima fondazione estera redentorista: Spic. hist.* 3 (1955) 385-411.

(26) Die 26 IV 1777 Collegium Beneventanum Societatis Iesu suppressae concessum fuit Redemptoristis; an. 1806 restitutum fuit Iesuitis. - Cfr AG XX M 20-24.

(27) De foundationibus in Palermo (inc. 1804), Agrigento (inc. 1761), Sciacca (inc. 1787) cfr S. GIAMMUSO CSSR, *I Redentoristi in Sicilia. Memorie bicentarie, 1761-1961*; Palermo-Uditore, CSSR, 1960.

(28) Collegium ad S.i Antonii Pat. in Corigliano, archidioec. de Rossano, incoeptum ca. 1820, suppressum 11 VII 1866. - Cfr *Catalogus CSSR 1910*, p. 25.

(29) Collegium ad S.i Philippi Nerii in L'Aquila, incoeptum ca. an. 1820, suppressum 11 VII 1866. - Cfr *ibidem*.

(30) Collegium in Francavilla Fontana, dioec. de Oria. Domus et ecclesia olim Franciscanorum an. 1819 Nostris cessae sunt, qui an. 1824 communitatem ibi constituerunt. An. 1861 collegium derelictum est, sed die 8 I 1924 Patres, duce P.e Salv. Di Coste, redierunt et die 20 V restauratio completa est erectione canonica. Cfr *Analecta* 3 (1924) 144, 228, 240-244; F. ARGENTINA, *L'onomastica stradale di Francavilla Fontana*, Bari 1954, 52.

enim satis est prudentia tua, et sensuum mentis tuae non vulgaris perspicacia.

At jam videmus epistolam hanc nostram longius processisse. Vela itaque contrahenda, paucisque subjunctis, finis faciendus.

Volumus et rogamus Te, ut omnium, qui emissis votis membra sunt tuae Sodalitatis, quocumque sint in ordine, nomina singillatim huc transmittas, ut de more describantur in libro. Volumus praeterea, ut de electis a Te in Rectores, Magistros novitiorum etc., Nos facias per epistolam certiores. Similiter in novarum constitutione domorum, in dispensatione votorum ad Nos referatur, re nondum confecta, si tempus et necessitas sinant, vel saltem post factum, ad recipiendam a Nobis gestorum confirmationem. Si qui autem sunt, qui palantes hac illac, dispensationem petunt votorum, hanc denegabis. Confugiant, si velint, ad Apostolicam Sedem.

Illustrissimo ac Rev.mo Losannae Episcopo, qui ad Nos dignatus est, italico sermone plenam humanitatis epistolam mittere, responsum, ut decuit, misimus, sed nescimus, an ad manus pervenerit illius (31). Exhibete huic pro Nobis omnia venerationis argumenta et manuum oscula devotissima.

Omnes Nostri dicunt omnibus, qui isthic positi sunt, salutem plurimam. Complectimur Tecum Tuos omnes in Domino, commendantes Nos orationibus vestris. - Bene valete.

Nuceriae Paganorum, 22 Mensis Maii 1820.

P.S. Directio epistolarum vestrarum talis sit: Al Reverendissimo Padre D. Nicola Mansioni, Superiore Generale della Congregazione del SS.mo Redentore. Roma - Napoli per Nocera.

Indicate et Vos, quomodo Nos isthuc dirigere debeamus.

3. - 1820 VII 25, Valsainte. - VG PASSERAT ad RM Mansioni. - Orig. (tantum subscriptio autographa; epist. scripta a P.e Sabelli): AG Epistulae P.is Passerat I; edit. (sec. copiam in *Chronica Collegii Friburgensis*): MH XIII 249-253.

Declarat se accepisse nominationem in Vicarium tristi animo. Dat statum personalem Congregationis Transalpinae in Helvetia, in Polonia, in Wallachia, in Gallia, et in Austria. Rogat, ut mittatur saltem unus Confrater Italus ad genuinum spiritum instaurandum in Congreg. Transalp. - Est responsum ad epistolam praecedentem.

Ex Valle Sancta, Friburgi, 25 Iulii 1820

Reverendissime in Christo Pater

Quas Reverendissima Paternitas Tua sub 30^a Maji benigne dedit literas ad me pervenerunt, et Confratres omnes meque absoluto perfudissent gaudio, ni mihi impari novum addidissent onus. Gavisus sum quidem progressu Cong.nis nostrae et gaudeo, maximopere quamque nobis demonstrat affectio paterna meme movit tenerrime; sed Vicarij munus impositum non

(31) Exc. Petrus Tobias Yenni (cfr *Spic. hist.* 8 [1960] 353 n. 30) die 23 X 1817 misit epistolam (edit.: *Spic. hist.* 7 [1959] 58-59); RM Mansioni respondit die 18 XI 1817 (edit.: MH XIV 216).

minuit tantum sed etiam mature perpendenti mihi abstulit laetitiae sensus, omnique solatio carerem, ni obedientia adesset prohibens ne despondeam animum. Praesertim autem me affecerunt haec verba Tua, Reverendissime Pater: « *Re coram Deo pensitata* », in spem erigentia firmiorem hanc esse voluntatem Dei, cuius in praesentia dixi: « Omnia possum in eo qui me confortat ». Colla subdo, sed enixe meme commendans et monitis et orationibus. Iubeat velim ab uno saltem Fratre aliquas novemdiales preces ad tumulum Beati nostri Patris Alphonsi absolvi.

Ut mandata exequi incipiam, nomina transmitto eorum quibus familia nostra hicce loci constat; quorum plurimi adhuc manent expositi (1):

1. R.P. Iosephus Const. Passerat, Gallus
2. P. Ioannes Appenzeler, Helveta (2)
3. P. Franciscus Hoffbauer, Moravus (3)
4. P. Ioannes Ios. Sabelli, Siliesus (4)
5. P. Iosephus Hoffbauer, Lotharingus (5)
6. P. Ioannes Biedrzycki, Polonus (6)
7. P. Antonius Eggle, Suevus (7)
8. P. Ioannes Nepomucenus Hartmann, Suevus (8)
9. P. Alojsius Czech, Bohemus (9)
10. P. Sebastianus Heberle, Suevus (10)
11. P. Bonaventura Stoll, Suevus (11)

(1) Cfr LANDTWING 136-140: Verzeichnis der von den Redemptoristen betreuten Seel-sorgestellen, 1811-1847.

(2) APPENZELLER Ioannes; *24 VI 1766 (bapt. 25 IX 1768 Zürich; ita LANDTWING 60 n. 4); prof. 15 VIII 1801 Warszawa; sac. 24 X 1802 Warszawa; an. 1828 Congregationem reliquit, adscriptus domui in Trois-Epis; † 3 XI 1830 Kaisersberg, Alsatia. - Cat. X 2 n. 2; Cat. XIII 3 n. 33; *Chronica abbreviata Prov. Gallico-Helveticae, 1841-1866* (ms. in AG), p. 581 n. 10.

(3) Notitiae biographicae P. is Franc. HOFBAUER (1778-1845) in *Spic. hist.* 4 (1956) 286 n. 16 (ubi an. nativ. erronee indicatur); cfr *Analecta* 11 (1932) 218-225 (AL. MEIER).

(4) Notitiae biographicae P. is SABELLI (1780-1863) in *Spic. hist.* 2 (1954) 297-300.

(5) HOFBAUER Iosephus; *15 VII 1765 Saarunion (= Saar-Buckenheim; ita MH VI 45), Lotharingia, dioec. de Metz, nunc Sarre-Union, dept. Bas-Rhin, Francia; sac. 19 IX 1789 Metz; vest. 22 VIII 1803 (MH XV 98); prof. 25 II 1804 Jestetten (Mons Thabor); † 16 XII 1831 Fribourg. - Cat. X 2 n. 6; AG Pr.GH XI H 8 (necrologium a P. e. I. Srna compositum an. 1865); *Chronica abbrev. Prov. Gall.-Helv.* 548-549. - KUNYZ, *Commentaria* XX 199-203; [J.-B. LORTHOIT], *Mémorial alphonsien*, Tourcoing 1929, 629-630; cfr MH VI 45 n. 1 et XV 186 (Index).

(6) BIEDRZYCKI Ioannes; *24 VI 1780 Biedrzyce Koziegłowy, dept. Pultusk, prov. Masovia, Regnum Poloniae; prof. 1 I 1805 Warszawa; sac. 27 I 1805 Luzern; an. 1827 Congregationem reliquit, adscriptus domui in Trois-Epis. - Cat. X 2 n. 8; Cat. XIII 4 n. 39; Epist. VG Passerat ad RM Cogle diei 26 VII 1827 et epist. RM Cogle ad VG Passerat diei 30 VIII 1827 (AG IX C 55); MH IV 28 n. 4 et VI 45 n. 2; cfr MH XV 178 (Index).

(7) EGGLE (Egle) Antonius; *19 XII 1781 Schaiblishausen, paroec. Kirchbierlingen, tunc Vorder-Österreich, dioec. de Konstanz, nunc Land Baden-Württemberg, dioec. de Rottenburg; vest. 21 XI 1804 (MH XV 98); prof. 26 II 1805 Jestetten (Mons Thabor); sac. 9 VI 1805 Solothurn; † 3 I 1844 Alterswil prope Fribourg. - Cat. X 3 n. 11; Cat. XIII 4 n. 42; *Chronica abbrev. Prov. Gall.-Helv.* 529-532; LANDTWING 8 n. 8 et 136; cfr MH XV 182 (Index).

(8) Notitiae biographicae P. is HARTMANN (1782-1830) in *Spic. hist.* 4 (1956) 286 n. 17 et *Chronica abbrev. Prov. Gall.-Helv.* 528-529.

(9) Notitiae biographicae P. is CZECH (1790-1868) in *Spic. hist.* 2 (1954) 244 n. 32 et 4 (1956) 497 n. 42.

(10) Notitiae biographicae P. is HEBERLE (1781-1862) in *Spic. hist.* 8 (1960) 351 n. 24.

(11) Notitiae biographicae P. is STOLL (1781-1838) in *Spic. hist.* 8 (1960) 355 n. 33.

12. P. Iosephus Moeser, Suevus (12)
 13. P. Nicolaus Kozinskj, Polonus (13)
 14. P. Iosephus Berset, Helveta (14)
 15. P. Georgius Akermann, Alsata (15)
 16. P. Iosephus Srna, Moravus (16)
 17. P. Ioannes Eggle (17)
 18. P. Anselmus Brenzinger (18)
 19. P. Michael Baumgärtner (19)
 20. P. Ioannes Forster (20)
 21. P. Ioannes Schulski (21)
 22. P. Carolus Franzen (22)
- } Hi in sinum [Congregationis]
redire detrectant

(12) MÖSER Iosephus; *1779? Dornbirn, Voralberg, Österreich, tunc dioec. de Brixen, nunc adm. apost. de Innsbruck, vic. gen. de Feldkirch; dies et annus professionis non certo constat (1810-1815); *sac.* 1815 Chur (cfr MH XV 92 et 93); † 14 III 1830 Dornbirn. - Cat. XIII 5 n. 50; *Chronica abbrev. Prov. Gall.-Helv.* 552-554; LANDTWING 9 n. 5; cfr MH XV 192 (Index s.v. Moeser).

(13) Notitiae biographicae P. is KOZIŃSKI (1775-1859) in *Spic. hist.* 7 (1959) 138-139, 150.

(14) BERSET Iosephus; *19 XI 1794 Villargiroud, paroec. Orsonnens (cfr *Dict. géogr., hist. et comm. du Ct. de Fribourg*, Fribourg 1886, 351-352); *vest.* 18 V 1817, *prof.* 18 V 1818 Valsainte; *sac.* 27 III 1819 Fribourg; † 24 IV 1868 Liège. - Cat. X 4 n. 26; AG Pr. B XIII (variae epistulae) et XIV 6c (necrologium cum curriculo vitae); *Digesta chronica collegiorum CSSR Prov. Belgicae* II (Leodium) 155-159; LANDTWING 23 n. 5; DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* II 28.

(15) ACKERMANN Georgius; *9 I 1787 Aachen; *sac.* 1810 in archidioec. de Köln; noviciatum inquit in Valsainte ineunte an. 1819 (MH XV 96); *prof.* 21 XI 1822; post multos annos incertitudinis de sua vocatione tandem die 29 IV 1845 dispensationem votorum obtinuit (AG X A 84). - Cat. XIII 5 n. 47; Cat. XI 3 p. 2 n. 8b (dimissus 21 III 1831).

(16) Notitiae biographicae P. is SRNA (1796-1870) in *Spic. hist.* 8 (1960) 351 n. 25.

(17) Desunt notitiae biographicae P. is Ioannis EGGLE (Egle) in catalogis et documentis archivi generalis. - Cfr MH XV 182 (Index).

(18) BRENZINGER Anselmus; *26 XI 1790 «Badensis»; *prof.* 2 IV 1808 Visp; *sac.* 22 VIII 1813 Sion; ca. an. 1824 Congregationem reliquit; † 9 X 1860 parochus in Turtmann, Ct. Wallis, Schweiz. - Cat. XIII 5 n. 48; *Chronica abbrev. Prov. Gall.-Helv.* 581 n. 8; LANDTWING 4 n. 6; MH XIII 147 n. 4.

(19) BAUMGÄRTNER (Baumgartner) Ioannes Michael; *26 IX 1787 Bonstetten, feudum episcopi de Augsburg, eiusdem dioec., nunc Land Bayern; *prof.* 18 II 1805 Jestetten (Mons Thabor); *sac.* 24 I 1808 Sion; aestate 1812 domum paternam petiit, ibique remansit (MH XV 91). - Cat. X 2 n. 10; Cat. XIII 4 n. 41; cfr MH XV 178 (Index).

(20) FORSTER Ioannes; *18 XII 1771 Wiennten, paroec. Rettenbach, tunc Principatus Fugger (pars prope Günzburg), dioec. de Konstanz, nunc Land Bayern, dioec. de Augsburg; *prof.* 1 I 1805 Jestetten (Mons Thabor); *sac.* 27 I 1805 Luzern; post 1820 non rediit inter Congregatos. - Cat. X 2 n. 7; Cat. XIII 3 n. 38; MH VI 45 n. 3 et XV 182 (Index).

(21) SCHULSKI (Schulsky; Szulski) Ioannes; *9 I 1785 Zembrec (Zembrzeniec), distr. Węgrów, prov. Masovia, Regnum Poloniae (*6 I 1786 Ponzroë; ita *Almanach du Perpetuel Secours* 7 [1950] 53); *prof.* 18 VIII 1806 Warszawa; *sac.* 3 IV 1808 Sion; † 23 XII 1848 parochus (ab. an. 1828) in St. Niklaus prope Zermatt, Ct. Wallis, Schweiz. - Cat. X 3 n. 13; Cat. XIII 4 n. 44; *Chronica abbrev. Prov. Gall.-Helv.* 576-577; MH VI 45 n. 8 et XV 200 (Index); TH. CH., *Un témoin de temps troublés. Le Père Schulsky, 1786-1848: Almanach du Perpetuel Secours* 7 (1950) 53-57 (ubi bene explicatur dispensatio votorum an. 1822, qua tamen vinculum cum Congregatione non penitus dissolvebatur; cfr tamen epist. RM Ripoli ad VG Passerat dierum 12 I et 9 III 1836 [AG IX C 105 et 106], in quibus de readmissione); AG XII C 78 (P. Schöllhorn nuntiat mortem P. is Schulski P. i Sabelli; epist. diei 29 I 1849).

(22) FRANZ Carolus; *1790? «Badensis»; *prof.* 2 IV 1808 Visp; *sac.* 19 XII 1812 Fribourg; post 1820 non rediit inter Congregatos; † 1846? - Cat. XIII 5 n. 46 (6 n. 53bis); *Chronica abbrev. Prov. Gall.-Helv.* 581 n. 6; LANDTWING 11 n. 4; cfr MH XV 183 (Index).

Fratres servientes professi

1. Fr. Norbertus Spitznagel (23)
2. Fr. Franciscus Ant. Mezler (24)

Qui Varsaviensem in Polonia familiam constituebant, dispersi manent numero XV videlicet (25):

1. R.P. Carolus Jestersheim, Rector, Sillesus (26)
 2. P. Ioannes Podgorski (27)
 3. P. Michael Sadowski (28)
 4. P. Carolus Moneta (29)
- } Polonj

Quorum loca commorationis ignorantur:

5. P. Adalbertus Schroeter, Warmiensis (30)
6. P. Carolus Blumenau, Polonus (31)
7. P. Walentinus Langanki, Warmiensis (32)
8. P. Georgius Kuliszynskj, Polonus (33)
9. P. Ioannes Sowinski, Polonus (34)
10. P. Simon Schroeter, Warmiensis (35)
11. P. Casimirus Langankj, Warmiensis (36)

(23) SPITZNAGEL Norbertus; *6 VI 1774 Griessen prope Jestetten, tunc «Landgrafschaft» Klettgau, Principatus Fürstenberg, dioec. de Konstanz, nunc Land Baden-Württemberg, archidioec. de Freiburg/Brsq.; *vest.* 22 VIII 1803; *prof.* 2 VIII 1805 Babenhausen; † 16 XII 1853 Landser. - Cat. X 19 n. 1; Cat. XIV n. 3; *Chronica abbrev. Prov. Gall.-Helv.* 565-566; cfr MH XV 199 (Index).

(24) MEZLER Franciscus Antonius; *1781 vel 1782 Mauchheim vel Petersheim, tunc Principatus Fürstenberg, dioec. de Konstanz, nunc Land Baden-Württemberg, archidioec. de Freiburg/Brsq.; *prof.* 18 VI 1819; † 28 IX 1835 Fribourg. - Cat. X 19 n. 3; Cat. XIV 3 n. 5; *Chronica abbrev. Prov. Gall.-Helv.* 554-555; MH VI 45 n. 11 et XV 191 (Index).

(25) Non omnes confratres in Polonia dispersi in epistula enumerantur, sicuti videri est in studio P. is C. SZRANT, *Redemptoristae in Polonia dispersi post suppressionem Conventus S. Bennonis an. 1808: Spic. hist.* 7 (1959) 118-151.

(26) Notitiae biographicae P. is JESTERSHEIM (1765-1844) in *Spic. hist.* 7 (1959) 122-124; cfr MH XV 187 (Index).

(27) Notitiae biographicae P. is PODGÓRSKI (1775-1847) in *Spic. hist.* 2 (1954) 267 n. 131 et 7 (1959) 131-150; cfr MH XV 194 (Index).

(28) Notitiae biographicae P. is SADOWSKI (1777-1829) in *Spic. hist.* 7 (1959) 127; cfr MH XV 197 (Index).

(29) Carolus MONETA, qui tempore suppressionis Conventus S. i Bennonis (an. 1808) presbyteratus ordinem nondum susceperat, probabiliter iam tunc Congregationem reliquit. - Vide *Spic. hist.* 7 (1959) 121; cfr MH XV 192 (Index).

(30) Notitiae biographicae P. is Adalb. SCHRÖTER (c. 1772-1839) in *Spic. hist.* 7 (1959) 128; cfr MH XV 198 (Index).

(31) Notitiae biographicae P. is BLUMENAU (1776-1837) in *Spic. hist.* 7 (1959) 124-125; cfr MH XV 179 (Index).

(32) Notitiae biographicae P. is Valent. LANGANKI (1777-1853) in *Spic. hist.* 7 (1959) 125; cfr MH XV 189 (Index).

(33) Notitiae biographicae P. is *Francisci Xav.* KULESIŃSKI (1779-1828) in *Spic. hist.* 7 (1959) 128-129; cfr MH XV 189 (Index).

(34) Notitiae biographicae P. is *Vincentii* SOWIŃSKI (1778-1829) in *Spic. hist.* 7 (1959) 129-130; cfr MH XV 199 (Index).

(35) Notitiae biographicae P. is Sim. SCHRÖTER (c. 1777-1839) in *Spic. hist.* 7 (1959) 128; cfr MH XV 198 (Index).

(36) Notitiae biographicae P. is Casim. LANGANKI (1781-1847) in *Spic. hist.* 7 (1959) 125-126; cfr MH XV 189 (Index).

12. P. Ioannes Darewski, Polonus (37)
13. P. Adalbertus Woyciechowicz, Polonus (38)
14. P. Simon Majewski, Polonus (39)
15. P. Iosephus Goebel, Sillesus (40), quorum ubi statum noverim indicabo.

Mittaviam in Curlandia missi sunt tres abs Rev.mo Patre defuncto anno 1794; quantum potui percipere, statim ab exordio sese separaverunt(41).

Demum Bucharestum in Wallachiam, turcico sub regimine, missi ab eodem IV Sacerdotes cum Laico, anno 1815 mense Octobrij, quorum nomina sunt (42):

1. R.P. Iosephus Libozki, Rector, Bohemus (43)
 2. P. Iosephus Ant. Forthuber, Suevus (44)
 3. P. Franciscus Haetscher (45)
 4. P. Wendelinus Haetscher (46)
- } Austriaci

Fr. Mathias N., Varsaviae professus (47).

Domus cujus mentionem feci in Gallia, empta est pretio modico, quam agente Archiepiscopo Argentinensi Fratres occupaturi sunt (48). Misi jam duos illuc, nimirum:

(37) Notitiae biographicae P.is DAREWSKI (1780-1860) in MH I 86 n. 3; cfr MH XV 181 (Index).

(38) Notitiae biographicae P.is *Theodori Valentini* WOYCIECHOWICZ (1784-1817) in *Spic. hist.* 7 (1959) 130; cfr MH XV 203 (Index).

(39) Notitiae biographicae P.is MAJEWSKI (1778-1826) in *Spic. hist.* 7 (1959) 137-138; cfr MH XV 190 (Index).

(40) Notitiae biographicae P.is GOEBEL in *Spic. hist.* 7 (1959) 130; cfr MH XV 184 (Index).

(41) An. 1795 S. Clemens in urbem Mitau mandavit P.em Ioannem Rudolph (1766-1847), P.em Iosephum Wichert (1771-1842) et Fratrem cler. Ioannem Kamiński (1777-1830). Die 22 VI 1799 ab Ordinario loci (!) a votis dispensati sunt. Vide notitias biographicas in MH I 13; cfr HOFER 90.

(42) De initiis missionis in Wallachia cfr HOFER 301-303; die 6 X 1815 missionarii iter aggressi sunt ex urbe Wien.

(43) Notitiae biographicae P.is LIBOZKI (1789-1841) in *Spic. hist.* 2 (1954) 255 n. 85; Cat. XI 1 p. 1 n. 5 et Cat. XI 2 p. 3 n. 13. - Libozki presbyteratus ordinem nondum susceperat, quando in Wallachiam missus fuit (*sac.* 23 I 1816 Bucuresti); P. Forthuber missus fuit ut superior.

(44) FORTHUBER Iosephus Antonius; *29 I 1789 Ochsenhausen, tunc territorium Abbatiae Ochsenhausen, dioec. de Konstanz, nunc Land Baden-Württemberg, dioec. de Rottenburg; *prof.* 1810 Visp (?); *sac.* 16 V 1812 Fribourg; ab an. 1813 in Wien cum VG Hofbauer (HOFER 258); an. 1829 dispensatus est a votis, adscriptus domui in Wien (HOSP, *Erbe* 223). - Cat. XI 1 p. 1 n. 3; Cat. XI 3 p. 1 n. 1; LANDTWING 4 n. 6; cfr MH XV 183 (Index).

(45) Notitiae biographicae P.is Franc. HÄTSCHER (1784-1863) in *Spic. hist.* 2 (1954) 251 n. 68; Cat. XI 1 p. 1 n. 6; Cat. XI 2 p. 9 n. 53; AG Pr.A XII 5b (necrologium); cfr etiam *Spic. hist.* 4 (1956) 128-129.

(46) Notitias de Wendelino HÄTSCHER frustra in catalogis et documentis archivi generalis quaesivimus.

(47) WIDHALM Matthias; *25 II 1753 Reinburg (Reinberg), paroec. Heidenreichstein (Waldviertel), Nieder-Österreich, tunc dioec. de Passau, nunc dioec. de St. Pölten; *vest.* 4 VIII 1787, *prof.* 25 IX 1790 Warszawa; † 28 V 1826 Weinhaus prope Wien. - Cat. XI 1 p. 39 n. 2; Cat. XI 2 p. 12 n. 2; MADER 522-523; cfr MH XV 202 (Index).

(48) De initiis collegii in Bischenberg cfr [E. COLLET CSSR], *Das Kloster Bischenberg, 1820-1920*, Rixheim 1920, 23 ff.; P. HENLÉ CSSR, *Lebensbilder verstorbener Redemptoristen*

1. P. Martinum Schoelhorn (49), et
2. P. Ioannem Kaltenbach (50), Suevos.

Quod maximi vero momentj existimo: Congregatio nostra recepta est ab Imperatore Austriaco, qui una cum Archiepiscopo Viennensi desiderat, ut propagetur in ditibus suis. Decretum hoc benignum obtinuit Reverendissimus Pater Hoffbauer paucis ante obitum diebus. Insuper Viennae emptum est aedificium amplum, adiunctam habens ecclesiam, impensis nationis bohemicae reparatum, quod ingressuri sunt nostri XV^a Septembris proximi, manentes interea in monasterio RR.PP. Franciscanorum. Iuvenes enim VIII, quos sibi Rev.mus P. Hoffbauer devinxerat, praeservans eos a veneno heterodoxae doctrinae, a dato decreto statim induerunt habitum, ut retulit mihi R. Martinus Stark; brevi XX, ut spes affulget, primos imitabuntur, qui omnes pietate conspicui nec non humanioribus exculsi litteris; immo reperiuntur inter eos III sacerdotes. - Qui cum solum P. Martinum Stark professum habeant, me jam repetitis vicibus et instanter vocant. Ne voluntati divinae, quantum mihi licet iudicare obsistam, Viennam paucis post diebus proficiscar (51).

Ex his perspiciat Reverendissima Paternitas Tua, mitti in Italiam non posse R. Patrem Sabelli, etsi vehementissime desiderem votis Reverendissimae Paternitatis annuere, ut spiritus Congregationis in fonte hauriatur suo, et jam a longo tempore cogitatio mihi inciderit, ut mihi Deus testis est, nullam rationem renovandi spiritum inter nos superesse, nisi Fratres aliqui in Italiam vel ex Italia ad nos commigrarent; sed nil mihi antiquius erit, quam ut adjuvante Deo et consentiente, haec felix concretio peragatur. Cum Viennae moris sit, ut quotannis accersatur italicus divini verbi praeco, si assentiretur Reverendissima Paternitas Tua, forsan hoc sub praetextu, duos Fratres italicos, vel saltem unum possemus possidere. (Huius rei, velim, mihi in responso mentionem facias).

Exemplaria quidem Regularum habemus, sed cum reimpressa sint et nil minus quam authentica (52), necessarium omnino est, ut mihi alia transmittat Reverendissima Paternitas, simul Constitutiones et scripta quae officia diversa Cong.nis disciplinamque respiciunt. Secundum privilegium Rev.mo Patri Hoffbauer datum a Pio Papa VI, et eiusdem in Constitutionibus editum, ordinari poterant nostri in titulum paupertatis, quod probatum non fuit abs Reverendissimo Patre Rectore Majore defuncto; rogo, ut me desuper instruat. Monitorem mihi assignare adhuc non possum, eo quod Viennam discedam, nisi P. Martinum Stark, qui unicus esse Consultor potest.

der Strassburger Ordensprovinz nebst einer kurzen Geschichte der Provinz u. ihrer Niederlassungen, [Guebwiller] 1937, 28-29.

(49) Notitiae biographicae P.is SCHÖLLHORN (1784-1863) in *Spic. hist.* 4 (1956) 281 n. 1.

(50) Notitiae biographicae P.is KALTENBACH (1791-1875) in *Spic. hist.* 2 (1954) 253 n. 76 et 4 (1956) 286 n. 15.

(51) De admissione et constitutione CSSR in Wien post mortem S.i Clementis cfr *Hosp. Erbe* 30 ff.

(52) Agitur de editione in lingua latina *Constitutiones et Regulae...* ed. 2^a, Romae per Archangelum Casaletti, 1782, quae tamen non ante an. 1793 impressa est. - Cfr E. *Hosp. CSSR, Geschichte der Redemptoristen-Regel in Österreich, 1819-1848*, Wien [1939], 123 ff.

Ambabus amplector manibus documenta benigne data, quae Dei gratia opitulante sequar, probe intelligens nempe labores omnes vel sacratissimos et ad felicissimum finem perductos, si fiant praeter exemplar quod in monte monstratum est, nil esse, ut bene monet St. Augustinus, nisi magnos gressus extra viam. Totumque me esse existimes, quantum infirmitati meae licebit, in hoc, ut omnia secundum normam Congregationis peragantur. Inculcavi et inculcabo, quibus mihi incumbit, haec verba: « Quae sua sunt quaerentes non quae Iesu Christi », hanc ad amaram confessionem et inutilem quondam adacturos fore: « Per totam noctem laborantes nihil cepimus ».

Constitui Rectorem in Valle-Sancta Rev. P. Czech, etsi Friburgi domicilium habentem, hac ratione quod regimini acceptissimus, et ambas linguas hac in ditione vigentes callentem, res externas utilius gerere valeat. Tempore absentiae vero, P. Ioan. Ios. Sabelli locum eius domi tenebit.

Ejus litterae pervenerunt ad manus Illustrissimi Ep. pi Lausannensis, qui, grates rependens, salutem mittit aestimatione maxima plenam et affectu.

Dirigat velim epistolam ad me per Excellentissimum D. num Paulum Comitem Leardj, Archiep. pum Ephesinum, Nuntium Ap. licum, Viennam in Austria.

Omnes Fratres et me commendo Tuis omniumque Fratrum precibus ac benevolentiae, et veneratione, qua decet, profundissima filialique cultu sum, esseque gestio, manum osculando

Vestrae Paternitatis

humillimus et obedientissimus servus et filius
P. Ios. Passerat C.SS.R.

Inscriptio a tergo:

Al Reverendissimo Padre D. Nicola Mansiono
Superiore Generale della Congregazione del SS.mo Redemptore
par Milano - Roma - Napoli per Nocera

4. - 1820 XII 18, Wien. - VG PASSERAT ad PG Giattini. - Orig. (tantum subscriptio autographa): AG Epistulae P. is Passerat I.

Exemplar Constitutionum ac Regulae a RM promissum, tamquam a Giattini mittendum, et impatienter expectatum, nondum advenit. Rogat, ut mittat citissime.

J.M.J. B. Alph.

Viennae, 18 Dec. 1820
24 Februarii 1821 (1)

Reverendissime Pater!

Ex litteris Reverendissimi Patris Generalis, mense Junio datis ad me (2), percepi munus Tibi, Rev. me Pater, demandatum ad me Viennam mittendi

(1) Dies acceptionis epistulae a P. e Giattini appositus.

(2) Epistula RM Mansiono ad VG Passerat diei 30. maii 1820 (probab. accep. mense iunii); supra epist. 2. - Epistula RM Mansiono mense iunio scripta nos latet.

exemplar Constitutionum et Regularum nostrae Cong. (3). Mihi diu et impatienter expectanti nihil advenit. Rogo te instanter et humillime, ut desiderio meo satisfacias. Nihil antiquius mihi est, quam ut omnia ad primam et genuinam formam instituam. Mittas ergo velim citissime omnia scripta et instituta, tum a Beato Patre nostro tum a Capitulis generalibus, quae omnium praepositorum et membrorum nostrae Cong. munera et officia spectant. Nunquam <mag>is de nostra in hisce locis existente Congregatione mereberis, nosque magis devincies. - Omnia impensa gratiose solvemus.

Si Missarum retributiones tamdiu <dil>atae sunt, ne credas ullam malam voluntatem fuisse. Semper credidi, pecuniam datam, quamvis ad Te non pervenisset. De futuro majorem cautelam adhibebo.

Me innixe precibus commendans, maneo in unione intime fraterna

Reverendissime Pater

tuus humillimus et addictissimus servus et frater

P. Jos. Passerat C.SS.R., Vic. gen.lis

N.B. Petita mittas, rogo, per Sacram Nuntiaturam. Si vel litteras directe ex Italia acciperem, magno nocumento nobis esset, forsitan ruinae integrae.

Inscriptio a tergo:

Reverendissimo Domino et Patri Giattini
Congreg. SS.mo Redemptoris Procuratori Generali
ad S. Mariam Magroni [*sic*], Romae

5. - 1821 XI 18, Wien. - VG PASSERAT ad RM Mansione. - Orig. (tantum subscriptio autographa): AG Epistulae P.is Passerat I; edit. (excerpta de Polonia): MH IX 253 (dies epistulae erronee indicatur: 9 XI 1821).

Dat minutim statum personalem et realem Congregationis Transalpinae. Rogat denuo, ut mittatur Frater ex Italia.

J. M. J. V. Al.

Reverendissime Pater!

Ego sum causa diuturni silentii, quo Rev.ma Paternitas Tua usa est, qua de re nimis benigne mihi meam objecit negligentiam (1). Ne igitur Rev.ma Paternitas in me tanta utatur velim benevolentia, praestat enim hac in vita a Superiore meo, quam in altera a Supremo Iudice increpari. Si licet tamen aliquam afferre excusationem, dicam me ideo mandatis obsequi distulisse, quod sperarim fore, ut hocce autumno ad Te Rev.me Pater mitti posset Confrater, qui omnia nostra fuse exponat. Cum autem nulla se obtulit occasio, quo facile strictam prohibitionem cum exteris communicandi eluderem, propositum hoc exequi nec potui, nec possum. Quapropter magnopere gaudeo Deoque optimo gratias ago, quod Tuae Rev.mae Paternitati consilium inspiraverit, quemdam ex Nostris huc mittendi. Quali viro

(3) In epistula RM Mansione diei 30 V 1820 nihil habetur de tali mandato; e contra RM supponit exemplaria Const. et Reg. exstare penes Confratres trans Alpes.

(1) Haec epistula RM Mansione nos latet.

indigeamus, colliget ex statu nostrae Congregationis, quem hic interea exarabo.

Domos habemus unam Viennae, unam in Helvetia, initium tertiae in Gallia. - Numerus Viennae habitantium est:

P. M. Stark, Rector, natus 1787, professus 1806; corpore robustus, animo prudens, sagax et gerendis negotiis aptus, in Confessionibus audiendis zelosus et acceptissimus, defectu autem novitiatus et pro multitudine negotiorum in observantia regulari et internae vitae exercitiis remissus.

P. Libozky, Minister, natus 1788, professus 1815; sanus, robustus, observantissimus, in Confessionibus audiendis zelosus et acceptissimus, theologiae moralis peritus, apprime linguam callens italicam.

P. Podgorski, Monitor P. Rectoris et meus, natus 1775, professus 1794; corpore sanus, robustus, humilis et observantissimus; etsi in Polonia magnos fructus in Missionibus collegerit et acceptissimus, mihi parum prudenti et sagaci mente videtur.

P. Forthuber, natus 1789, professus 1810; zelo et dotibus sufficientibus praeditus, sed prae melancholia et tristitia, qua saepe corripitur, ad pauca habilis.

P. Baialich, natus 1791; sacerdos dotibus communibus praeditus, recollectioni et orationi deditus, nullam habens voluntatem propriam (2).

P. Springer, natus 1791; sacerdos sagacis et acuti ingenii, vitae internae ac mortificationi maxime deditus, omnium ad regimen aptissimus (3).

P. Petrak, natus 1791; zelosus et capax, sed infirma valetudine et vitae activae plus justo deditus (4).

P. Madelener, natus 1787; sacerdos humilis corde, Doctor ac Professor philosophiae, nec non in scientiis mathematicis et physicis peritissimus (5).

P. Passy, natus 1788; sacerdos linguae graecae gallicaeque peritus (6).

P. Veit, natus 1788; sacerdos novitiatus, ingenio praestans, linguae hebraicae peritissimus, Doctor et Professor medicinae (7). - Hi tres viri literati, librorum auctores, Ephemerides religiosas edunt (8).

(2) Notitiae biographicae P. is Bartholomaei PAJALICH (1791-1863) in *Spic. hist.* 2 (1954) 264 n. 122; cfr AG Pr.R XXI 8c (necrologium cum vitae curriculo compositum a P. e Douglas).

(3) Notitiae biographicae P. is Francisci SPRINGER (1791-1827) in *Spic. hist.* 2 (1954) 273 n. 156 et 300-305 (Löw), 4 (1956) 377-424 (Hosp).

(4) Notitiae biographicae P. is Udalrici PETRAK (1791-1876) in *Spic. hist.* 2 (1954) 266 n. 129.

(5) Notitiae biographicae P. is Ioannis MADLENER (1787-1866) in *Spic. hist.* 2 (1954) 258 n. 96 et 5 (1957) 353-403 (Hosp).

(6) PASSY Antonius; *31 III 1788 Wien; *vest.* 23 XII 1820; *prof.* 24 IX 1821 Wien; *sac.* 18 III 1821 Wien; † 14 III 1847 Wien. - Cat. XI 1 p. 3 n. 16; Cat. XI 2 p. 4 n. 22; AG Pr.A XII 5a (notitiae biographicae a P. e I. Jentsch compositae); MADER 363-367; DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* II 304-305, III 362; Cl. [SCHDL], *Der innere Kreis. Zum 100. Todestage von P. Anton Passy: Klemensblätter* 13 (1947) März p. 14-15.

(7) Notitiae biographicae P. is Ioannis Emmanuelis VEITH (1788-1876; Congreg. reliquit 1830) in *Spic. hist.* 2 (1954) 277 n. 177.

(8) Agitur de foliis periodicis *Die Ölzweige*. - Cfr *Spic. hist.* 5 (1957) 372-376; DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* III 93-94; Hosp, *Erbe* 546 ff.

Prigl, natus 1794; diaconus (9).

Unkrechsberger, natus 1797; diaconus (10).

Held, natus 1799 (11).

Doll, natus 1796; hic morti proximus emissa professione statim reconvalluit (12).

Cosmaszecz, natus 1799 (13).

Puz, natus 1793 (14).

Reis, natus 1795 (15). - Hi 13 professi sunt 2^a Augusti 1821 (16).

P. Veidlich, natus 1796; sacerdos novitius, bonae voluntatis, scientia sufficienti praeditus (17).

P. Ackermann, natus 1787; robustus, vitae internae deditus, sed ob exiguas dotes et defectum culturae in humanioribus scientiis ad communia aptus (18).

P. Michalek, natus 1794; novitius sacerdos, mitis, mente recollecta, per biennium vicarius ruralis (19).

P. Coudenhove, natus 1774; sacerdos, Comes, eruditus, eximiae virtutis et optimaе voluntatis (20).

Welsersheim, natus 1798; Comes, dotibus plus quam communibus praeditus (21).

(9) Notitiae biographicae P.is Antonii PRIGL (1794-1853) in *Spic. hist.* 2 (1954) 267 n. 135.

(10) Notitiae biographicae P.is Eduardi von UNKHRECHTSBERG (1797-1870; Congreg. reliquit an. 1831, iterum professus 1870) in *Spic. hist.* 2 (1954) 276 n. 172.

(11) Notitiae biographicae P.is Friderici von HELD (1799-1881) in *Spic. hist.* 2 (1954) 252 n. 71; cfr M. DE MEULEMEESTER, *Glanes alphonssiennes*, Louvain 1946, 151-153.

(12) Notitiae biographicae P.is Francisci DOLL (1795-1855) in *Spic. hist.* 2 (1954) 248 n. 49.

(13) Notitiae biographicae P.is Francisci KOSMAČEK (1799-1860) in *Spic. hist.* 2 (1954) 254 n. 78.

(14) PUZ Josephus; *18 I 1793 Wien; *vest.* 23 IX 1820; *prof.* 24 IX 1821 Wien; *sac.* 1 IX 1822 Wien; † 4 X 1842 Lindewiese prope Gräfenberg (Wasserheilanstalt des Vincenz Prießnitz), Silesia, ubi valetudinis restituendae causa morabatur. - Cat. XI 1 p. 3 n. 17; Cat. XI 2 p. 3 n. 17; AG XXIII T 25 pp. 29-48 (necrologium); MADER 354-362.

(15) REIS Iosephus von; *28 V 1795 Wien; *vest.* 21 X 1820; *prof.* 22 X 1821 Wien; *sac.* 29 VIII 1824 Wien; 1 XII 1829 Congregationem reliquit, adscriptus domui in Lisboa. - Cat. XI 1 p. 3 n. 18; Cat. XI 3 p. 1 n. 2.

(16) Ex Cat. XI 1 pp. 1-3, nn. 7-15 desumimus quod 9 (non 13) clerici die 2 VIII 1821 vota in Wien emiserunt: Springer, Pajalich, Madlener, Petrak, Prigl, v. Unkhrechtsberg, v. Held, Kosmaček, Doll. Paulo post, die 24 IX 1821, secuti sunt duo alii: Anton. Passy et Puz; die 22 X 1821 denique v. Reis - Cfr HOSP, *Erbe* 65-67.

(17) Notitiae biographicae P.is Francisci WEIDLICH (1796-1848) in *Spic. hist.* 4 (1956) 56 n. 36.

(18) Sacerdos novitius Georgius Ackermann comes VG Passerat, ut videtur, in urbem Wien advenerat. - Cfr n. 15 ad epist. 3.

(19) Notitiae biographicae P.is Leopoldi MICHALEK (1794-1857) in *Spic. hist.* 2 (1954) 262 n. 114.

(20) Notitiae biographicae Comitis Caroli von COUDENHOVE (1775-1838), qui vota in CSSR non emisit, in *Spic. hist.* 7 (1959) 174-175; cfr HOSP, *Erbe* 77-78.

(21) WELSERSHEIMB Carolus Iosephus, Graf von; *23 III 1798 Gratz, Steiermark, Österreich, dioec. de Seckau; *vest.* 23 XII 1820; *prof.* 24 XII 1821 Wien; *sac.* 21 VIII 1823 Wien; mense XII 1833 Congregationem reliquit, adscriptus domui in Wien. - Cat. XI 1 p. 3 n. 20; Cat. XI 3 p. 2 n. 12; HOSP, *Erbe* 68-69.

Reymann, natus 1790 (22).

Rihl, natus 1799 (23). - Hi 7 Novitii sunt.

Fratres inservientes professi:

F. Kunzmann, natus 1756, professus 1788 (24).

F. Wikalm, natus 1753, professus 1790 (25).

Fratres novitii: Betzman (26), Gassner (27), nati 1796. Schoenacker (28); Patuzzi (29), Haker (30), nati 1801. Gudenius 1794 (31).

Arnold 1790(32). Fortner 1799(33). Hecht 1798(34). Warenitsch 1802(35). Appel 1804 (36). Pahek 1798 (37). Lukesch 1798 (38). - Hi 7 sunt candidati postulantes.

Hi fere omnes per biennium philosophiae, theologiae per 4 annos operam dederunt vel dabunt in Universitate; sic stricta regiminis viget lex.

(22) REYMANN Ioannes Cap.; *30 X 1790 tunc Neuhaus, Kronland Böhmen, Österreich, dioec. de Budweis, nunc Jindrichuv Hradec, Československo, dioec. de Český Budejovice; *vest.* 23 XII 1820; *prof.* 24 XII 1821 Wien; *sac.* 21 VIII 1823 Wien; † 15 IV 1826 Wien. - Cat. XI 1 p. 3 n. 19; Cat. XI 2 p. 1 n. 1; MADER 368-309.

(23) Nomen RIHL in catalogis et documentis archivi generalis frustra quaesivimus; ut videtur, vota religiosa non emisit. - Cfr HOSP, *Erbe* 71-72.

(24) Notitiae biographicae Petri Emmanuelis KUNZMANN (1749-1825), comitis et sequacis S. i Clementis, multae inveniuntur in biographiis S. i Clementis. - Cfr Cat. XI 1 p. 39 n. 1; Cat. XI 2 p. 12 n. 1; HOSP, *Erbe* 67.

(25) Notitiae biographicae Matthiae WIDHALM (1753-1826) in n. 47 ad epist. 3.

(26) Nomen BETZMAN in catalogis et documentis archivi generalis frustra quaesivimus.

(27) GAßNER Iosephus, *17 XII 1791 Inzersdorf, Nieder-Österreich, archidioec. de Wien; *vest.* 14 VIII 1821; *prof.* 9 IX 1823 Wien; † 12 IV 1869 Alt-Ötting. - Cat. XI 1 p. 39 n. 3; AG Pr.GS VIII C 15 (necrologium cum curriculo vitae compositum a P. e Schmöger).

(28) SCHOENACK Iosephus Cupertinus; *18 I 1796 Zwettl, Nieder-Österreich, dioec. de St. Pölten; *vest.* 14 VIII 1821; *prof.* 2 II 1825 Wien; † 12 XI 1854 Wien. - Cat. XI 1 p. 40 n. 9; Cat. XI 2 p. 13 n. 13; MADER 528-529.

(29) PATUZZI Antonius Carolus Iacobus Camillus; *24 VII 1793 Wien; *vest.* 1 IX 1821; *prof.* 9 IX 1823 Wien; † 25 III 1877 Wien. - Cat. XI 1 p. 39 n. 4; AG Pr.A XII 5b (notitiae biographicae); MADER 538-539.

(30) Nomen HAKER in catalogis et documentis archivi generalis frustra quaesivimus.

(31) GUDENIUS Georgius Iosephus; *13 IX 1794 Eltville (am Rhein), archidioec. de Mainz, tunc « Kurfürstentum » Mainz, nunc Land Hessen; *vest.* 14 XI 1821; *prof.* 17 VII 1824 Wien; † 5 XII 1836 Wien. - Cat. XI 1 p. 39 n. 5; Cat. XI 2 p. 12 n. 5; MADER 524.

(32) Primus nomine ARNOLD, quem in catalogis et documentis archivi generalis invenimus, est P. Iosephus Arnold (1812-1876). - Cfr MADER 456.

(32) Notitiae biographicae P. is Ioannis FORTNER (1799-1836) in *Spic. hist.* 2 (1954) 250 n. 58. - Cfr Cat. XI 1 p. 4 n. 27; Cat. XI 2 p. 1 n. 6.

(34) HECHT Franciscus Xaverius; *20 VIII 1798 tunc Welleschin, Kronland Böhmen, Österreich, dioec. de Budweis, nunc Velešín, Československo, dioec. de Český Budejovice; *vest.* 25 V 1822; *prof.* 2 II 1825 Wien; *sac.* 21 VIII 1825 Wien; 19 VII 1838 Congregationem reliquit, adscriptus domui in Wien. - Cat. XI 1 p. 5 n. 31; Cat. XI 3 p. 4 n. 20.

(35) WARENITSCH Gregorius (Frater laicus); *7 III 1803 Haringsee, Nieder-Österreich, archidioec. de Wien; *vest.* 14 XI 1821; *prof.* 17 VII 1824 Wien; 23 VI 1854 Congregationem reliquit, adscriptus domui in Wien. - Cat. XI 1 p. 39 n. 6; Cat. XI 3 p. 17 n. 26.

(36) APPEL Ioannes Evang. (Frater laicus); *1 I 1804, Altublitz, tunc Kronland Österreichisch Schlesien, Österreich, archidioec. de Olmütz, nunc Československo, archidioec. de Olomouc; *vest.* 25 V 1822; *prof.* 2 II 1825 Wien; an. 1851 Congregationem reliquit, adscriptus domui in Marburg. - Cat. XI 1 p. 40 n. 10; Cat. XI 3 p. 16 n. 24.

(37) Nomen PAHEK in catalogis et documentis archivi generalis frustra quaesivimus.

(38) Nomen LUKESCH in catalogis et documentis archivi generalis frustra quaesivimus.

Multi praeterea per 4 annos jus civile audierunt, plerique linguam gallicam et italicam callent, omnes in orientalibus linguis saltem introducti, sed tamen in rebus theologicis, praesertim moralibus, pauca sciunt; in scholis enim non audiunt nisi vel paradoxa vel ad ministerium inutilia (39).

Vivimus hic ex eleemosinis solis, expectamus tamen brevi stipendium ab Imperatore dari solitum omnibus monasteriis, quae redditibus carent. Providentia, cui unice confidimus, nobis non defuit unquam, imo jam parvisonia quaedam collegimus, ex quibus Fratres externos adjuvamus.

Ecclesia est elegantissima Viennae; domus autem minime formam monasterii exhibet, minimeque favet observantiae regulari, clausuram tamen observamus. Confessiones quotidie, conciones quibuslibet Dominicis et festivis diebus germanicae et bohemicae, Iudaei et Lutherani instruendi, pauperes in tanta urbe, quibus succurrendum est, xenodochia administranda in spiritualibus, non permittunt hanc recollectionem mentis et quietem ad vitam internam necessariam, quod me non parum affligit (40). Ne meditatio pomeridiana partim omittatur, mane hora integra, in communi, et vespere media hora meditationi insistimus. Omnes pii sunt et optimae voluntatis; plurimi freno indigent in mortificatione. Offeruntur nobis plures aliae domus; sed quam primo accipiemus, erit domus novitiatus et recollectionis (41). Videntur aliqui ad genus quoddam sublimius orationis invitati; sed si moderor eorum zelum in castigatione corporis, minuitur unctio Spiritus Sancti; si frena laxo, debilitatur valetudo. Ipsemet indigeo hoc in puncto doctiori magistro. Iudicabit Rev.ma Paternitas Vestra nos indigere aliquo Patre Italo docto, prudenti, quique particulari dono orationis praeditus sit. Si licet mihi sententiam meam aperire, dicam omni cum humilitate: Vere credo, Rev.mam Paternitatem Vestram in conscientia teneri hoc modo providere domui isti pro bono Ecclesiae et praesertim progressu tot tantaeque spei filiorum suorum.

E quatuor Fratribus, qui Bucharesti in Turcia erant, unus remansit, P. Etscher, natus 1790, professus 1815, qui saepius mortis periculum evasit, quemque revocabo statim ac missionarius a Propaganda advenerit in locum eius (42).

Jam dedi rationem habitantium Vallem-Sanctam (43).

Hi tres, quos misi in Galliam: P. Schoelhorn, natus 1789, professus 1810; P. Hartmann, natus 1780, professus 1804; P. Caltenbach, natus 1790, professus 1813, magnum animarum lucrum faciunt, spesque augetur erectionis formalis monasterii.

(39) Iam ab initio VG Passerat adpetivit proprium institutum pro studiis theologicis, sicuti ex infra transcribendis epistulis melius patebit. Cfr HOSP, *Erbe* 163 ss. - De studiis theologicis in Univ. Wien et alibi in Austria saec. XVIII-XIX cfr H. ZSCHOKKE, *Die theologischen Studien und Anstalten der kath. Kirche in Österreich*; Wien u. Leipzig, W. Braumüller, 1894.

(40) Cfr HOSP, *Erbe* 107 ff.: Erstes Seelsorgewirken in Stadt und Diözese.

(41) Cfr HOSP, *Erbe* 136 ff.: Der erste Gründungsplan [Maria-Stipp in Lukov, Mährisch Budwitz].

(42) An. 1822 missio CSSR in Bucuresti finem habuit. - Cfr HOSP, *Erbe* 336.

(43) In epistula diei 25 VII 1820; supra epist. 3.

Scripti ad Fratres dispersos in Polonia. Responsum ad hoc tempus recepi de tribus tantum, qui profitentur se Congregationi fideles esse mansuros, sed unicus est, cui plene confido, P. Sadowski; vir sincerus, optimae voluntatis etsi parum eruditus, quem in Polonia reliqui expositum prae abundantiam animarum lucro quod fert.

Omnino oportet ut passuales litterae R. Patris mittendi nec Redemptoristam nec itineris intentum indigent; posset inscribi pergens in Poloniam, ubi forsitan etiam praesentia inutilis non esset.

Osculor humillime manus, petensque benedictionem paternam, ea sum observantia et affectione filiali qua decet

Rev.mae Paternitatis tuae

obsequiosissimus et obedientissimus servus et filius
P. J. Passerat C. SS. R.

p.s. Solvemus itineris sumptus (44).

18^a 9bris 1821 (45).

Prego di non scordarsi di rispondermi sempre per il canale dell'Ecc.mo Monsigr. Leardi, Nunzio Ap.co, e non per la posta (46).

Inscriptio a tergo:

Al Reverendissimo Padre, Il P. Nicola Mansiono
Rettore Maggiore della Congregazione del SS.mo Redentore
p. Napoli Nocera di Pagani

6. - 1821 XI 18, Fribourg. - RP SABELLI ad PG Giattini. - Minuta:
AG X A 3.

Proponit nonnulla dubia in materia liturgica, petens solutionem officialem (1).

Plurimum Reverende Pater!

Occurrente mihi dubio

1^o Circa nonnulla festa in Congregatione nostra Ultramontana hucusque celebrari solita, eorumque ritus relative ad Provinciam Helveticam, quam non modo ad festa quae Regno soli Neapolitano, vel toti peninsulae Italiae, vel denique ipsi Venetorum Reipublicae sunt propria, in conscientia

(44) Itineris scil. Confratris ex Italia venientis ad edocendam observantiam regularem.

(45) Dies a VG Passerat m.p. est appositus.

(46) Haec ultima notitia scripta est a P.e Libozki, qui etiam inscriptionem a tergo apposuit.

(1) Fratribus tunc temporis usui erat ut « Proprium Congregationis » liber *Officia propria recitanda a Patribus et Monialibus SS. Redemptoris*, Romae ex typographia Salomoniana 1784. Recitatio Divini Officii secundum hanc editionem praescripta fuit a Sup. Gen. Fr. De Paola die 24 II 1784. Dubia exsistebant de servandis his festis propriis eorumque ritu in Helvetia. Alia dubia vertebantur circa retinenda festa particularia variarum dioecesium et regionum, ac de eorum concurrentia et occurrentia cum festis universalis Ecclesiae. - Ad bene intellegenda quaedam dubia in epistula proposita, necessarium esset studium subtilius de historia nostri « Proprii », quam nunc fieri potest. Speramus suo tempore lectoribus tale studium exhiberi posse; multa iam documenta ex tabulario S. Rituum Congregationis et archivo nostro generali collecta sunt.

obligari visum fuerat, sed insuper et ad ea, quae in Austria et Polonia ratione Sanctorum Patriae solemniori quodam ritu coli concessum est, licet ea universam non spectent Ecclesiam, vel ad summum eamdem sub diverso ritu obligant.

2° Circa nonnulla festa, quae in ipso etiam Breviario Congregationi nostrae proprio inserta habentur, quaeve respectu vel sui, vel sui ritus, ex parte aut correctione, aut approbatione ex toto, ratione Provinciae Helveticae indigere videntur.

3° Circa nonnulla festa in quibus familia nostra, ratione vel mutationis locorum, vel circumstantiarum, in observatione rituum cum capite suo in quantum concordet, prorsus non novit.

4° Denique circa Octavas festorum solemniorum quasdam, quae domo probationis praescriptae sunt; utrum ad eas illos etiam Patres teneri, qui hanc domum actu non inhabitent, prout hucusque ad eas sese obligari sentiebant. - Congregatio enim singulis annis ultra 13 Octavarum, quae universali Ecclesiae sunt celebres, adhuc 21 quae ipsi assignantur proprias exacte servat celebratae.

Hujus igitur ratione dubii ad Plur. Reverendam Paternitatem Tuam recurrere judicavi, ut pro tua prudentia iis quorum interest, et ad quos Tibi facilior patet accessus, modo id necessarium ducas, negotium commendes, meque oportuno tempore, quidquid data opera super eo decimum cognoveris, solide instruas, ne in posterum dubiorum procellis agitemur perplexi, quid retinere, quidve omittere nos oporteat. Non enim fas est, ut errorum arbitri, ea quae supremae sunt potestatis illegitima disquisitione persequentes, proprio definiamus jure.

Ut autem statum quorundam festorum eorumque rituum penes Te habeas perspectum, illumque facilius cognoscas, qui per anni decursum suspicionis notam praesefert, sequens catalogus dilucide demonstrat:

Circa dubium I

- 23 Febr. S. Margaritae de Cortona, smdx [= *semiduplex*]
- 21 Maij. S. Felicis a Cantal[ici]o C., dx [= *duplex*]
- 22 Maij. S. Paschalis Baylon C., dx
- 27 Maij. S. M. Magd. de Pazzis, smdx
- 4 Junij. S. Franc. Caracciolo C., dx
- 25 Junij. S. Gallicani M., dx (2)
- 27 Junij. S. Guillielmi Abb., dx
- 20 Julij. S. Hieronimi Aemil. C., dx
- 9 Aug. S. Emiddii E. M., dx (3)
- 21 Aug. S. J. Franc. Frem. de Chantal, dx

(2) De S. Gallicano nihil cum certitudine notum est. - Cfr *Martyrologium Romanum... scholiis historicis instructum* (= *Propylaeum ad Acta Sanctorum Decembris*), Bruxelles 1940, 255.

(3) Festum S. Emiddii, vel potius Emygdii, in Martyrologio Romano habetur die 5 VIII. - Cfr *ibid.* 324.

- 4 Sept. S. Rosae Viterb. V., dx
 6 Sept. S. Rosaliae V., dx, ex 4^a hujus, hodie dies fixa nobis assignatur(4).
 18 Sept. S. Joseph a Cupert., dx
 20 Oct. S. Joannis Cantii C., dx
 Dominica IV^a Novembris. Officium Patrocinii B.M.V., dx maj.

Circa dubium II

- 28 Febr. S. Raymundi de Pennafort, smdx, hodie assignatur dies fixa.
 1 Junij. SS.mi Cordis B.M.V., dx 1. clas., cujus officium non adest nisi scriptum, nec scitur utrum approbatum sit nec ne.
 14 Sept. Exaltatio S. Crucis, dx 1. clas. cum Octava.
 Dominica IV^a Septembris. De sacris Reliquiis.
 3 Oct. Dedicatio omnium Eccl. Congr., dx 1. clas. cum Octava.
 Dominica 3^a Oct. SS. Felicis, Cosmae et Alap[antii] MM., dx 1. clas. cum Octava, et fit sub ritu dupl. minori (5).

Relative ad dubium III

- 25 Febr. SS.mi Redempt., assignatum dx 2. clas., celebratur vero sub ritu duplici majori.
 23 April. S. Gregorii M., dx min. (6).
 18 Maij. S. Venantii M., dx min.
 2 Aug. B.P.N. Alphonsi, dx min., qui contra rubr. generales supprimit diem Octavae S. Annae ejusdem ritus.
 22 Sept. S. Thomae de Villanova F.C., dx, hodie ejus festum assignatur.
 25 Sept. SS.mi Redempt., dx 2. class. notatur, celebratur vero sub ritu duplici majori.
 25 Oct. Diebus infra Octavam S. Raphaelis Arch. praescribuntur LL. NN. ex diebus infra Octavam SS. Angelorum Custodum, cum Fratibus Sti Joannis de Deo.
 23 Novemb. S. Clementis P.M., dx

Relative ad dubium IV

- 17 Maij. S.Joannis Nepom., dx 2. class. cum Octava, apud nos vero 16 Maij sub eodem ritu.
 21 Junij. S. Aloysii Gonz., dx 1. class. cum Octava, assignata pro domo probationis. - Quaeritur utrum alios extra hanc domum commorantes Patres ad eandem Octavam obligari?

(4) Festum Sae Rosaliae de Palermo in Martyrologio Romano habetur die 4 IX. - Cfr *ibid.* 380.

(5) Hi Sancti, quorum exuviae in ecclesia Oratorii (« dei Gerolamini ») Neapoli venerantur, in Martyrologio Romano non inveniuntur. Hoc festum in « Proprium CSSR » insertum est ex communicatione, et iam invenitur in libello *Officia quae possunt recitari a PP. SS. Redemptoris ob communicationem privilegiorum cum Congregatione Piorum Operariorum qui communicant in privilegiis cum Congregatione Oratorii*, Neapoli apud Alexium Pellecchia 1758.

(6) Erronee pro « S. Georgii ».

13 Novemb. De Octava Sti Stanislai Kostka ob eandem rationem eadem quaestio.

1 Decemb. S. Felicis de Valois C., dx. - Ob eandem rationem eadem quaestio.

Dominica 1 Sept. SS.orum Angelorum Custodum fit 2. clas. cum Octava, cui tamen dies assignatur 2^a Octobris sine Octava.

Facta horum expositione Plurimum Reverendae Paternitati Tuae, familia nostra subjungendo declarat, intentionis suae nullatenus esse, attentare conqueri de multiplicitate festorum, eominus diminutionem eorum postulare, maxime cum in recitatione Breviarii cum directorio ritus dioecesis Lausanensis, quam incolimus, communicare non possimus, eo quod calendarium non romanum, sed proprium in celebratione festorum sequitur. Sed Congregatio subjiciendo dumtaxat allata festa legali Superiorum suorum decisioni humillime supplicat, quatenus circa illa festa ea claritate pronuntietur, ut eo ipso omne prorsus tollatur dubium; sitque porro familia nostra positive instructa, et de obligatione legitima celebrandi illa festa, et de ritu in iis servando. Cujus procuratio scopi sollicitudini tuae quam impensissime commendatur.

Magnum insuper Plur. Rev.de Pater nobis beneficium praestares, si citra solutionem horum dubiorum, etiam Directorium Congregationis, de quo Regulae nostrae saepius meminerunt, et ipsarum Regularum exemplar saltem unum nobis mitteres.

Joan. Jos. Sabelli Congr. SS. Redempt.
Vice Rector

Friburgi, die 18^a Novembris 1821.

7. - 1822 III 29, Wien. - VG PASSERAT ad RM Mansione. - Orig. (tantum subscriptio autographa; epist. scripta a P.e Springer?): AG Epistulae P.is Passerat I.

Queritur, quod nondum receperit responsum ad praecedentem suam epistulam (diei 18 XI 1821; supra epist. 5). De nova fundatione oblata et accepta in Moravia, pro qua petit approbationem.

Rev.mo Padre Rettore Maggiore.

Ho avuto l'onore di scrivere a Vostra Paternità Rev.ma alcuni mesi fa, e di darle il minuto dettaglio di tutti i miei Confratelli, soggetti alla mia direzione, come anche la descrizione degli andamenti della nostra Congregazione in Germania. Di più pregai V. P. Rev.ma di mandarmi un anziano Padre di provata santità e prudenza (ma dovrebbe venire come sacerdote estraneo e non farsi conoscere come sacerdote della nostra Congregazione, per non aver disgusti e pessime conseguenze, perché nei nostri Stati non soffrono Visitatori stranieri, e lo prendono per delitto di Stato), acciòché possa riformare quello che trovasse meno conforme all'esatta osservanza delle Regole e Costituzioni, e della perfezione religiosa. Ma finora con molto rincrescimento non ho avuto verun riscontro da parte di V. P. Rev.ma,

non potendo dubitare che le sia pervenuta la suddetta mia, poiché l'ho spedito per un sicuro incontro.

Ci è stata offerta una nuova casa nella Moravia, ed il Conte possessore della terra ci somministra il necessario per il mantenimento di dodici Religiosi (1). Ho spedito al luogo due Padri periti per esaminare il tutto, ed avendo trovato il locale e gli annessi conforme alle nostre mire ed il desiderio, abbiamo accettato questa nuova fondazione. Prego pertanto V. P. Rev.ma di darmi anche in questo la sua approvazione ed il permesso, e di benedire il nuovo stabilimento, che colla grazia di Dio farà molto bene per quella povera gente di campagna, ch'è quasi tutta priva di aiuto spirituale.

Prego d'impartirmi la santa benedizione, come anche a tutti i miei Confratelli, e pieno di profonda stima e venerazione ho l'onore di protestarmi

Di V. P. Rev.ma

u.mo, dev.mo e ob.mo figlio in X^o
P. J. Passerat C. SS. R., V. gen.

Vienna, li 29 Marzo 1822.

8. - 1822 VI 11, Fribourg. - RP CZECH ad PG Giattini. - Orig. : AG X A 4.

Adducit rationes, cur desiderio P.is Sabelli in Italiam proficiscendi consentiendum non est.

J. M. J.

Friburgi Helvetiorum, die 11 Junii 1822

Plurimum Reverende ac dilectissime in Christo Pater!

Procul dubio Reverentia Tua perquam veneranda brevi adhinc tempore aliquas recepit litteras ab Adm. R. P. nostro Joan. Sabelli, Vice-Rectore Domus Vallis-Sanctae, queis licentiam postulat Neapolim proficiscendi (1), praetendens sua negotia talia esse, quae personalem cum Rev.mo P. Rectore Majore conferentiam requirant. Quamquam ipsius desiderio haud positurus sim obicem, ita ut aliquando effectum suum sortiatur, in his tamen rerum circumstantiis in quibus versamur, ubi ejus discessus Congregationis bono prorsus adversatur, officii mei ratione provocor, supplices ad R. T. dare litteras, illam enixe postulans, quatenus rationes contra actualem P. Sabelli discessum militantes ad aures Rev.mi P. R. M. pervenire faciat, antequam ipsius annuat votis.

Ut autem R. T. melius cognoscat legitimam meam agendi rationem, succinctam Tibi exhibeo notionem de initio processuque hujus rei (2). Rev.

(1) Fundatio apud Ecclesiam Maria-Stipp in Lukov, Mährisch Budwitz, in possessionibus Comitum Seilern perfici tamen nequirit. - Cfr Hosp, *Erbe* 141 ff.

(1) In AG non conservantur epistolae P.is Sabelli ann. 1821-1822, in quibus veniam petit in Italiam proficiscendi. Nec invenitur indicatio talis epistolae in ALO. - Iam ann. 1817-1818 P. Sabelli animum inter Fratres neapolitanos vivendi superioribus manifestavit. Cfr *Spic. hist.* 7 (1959) 55 ss.

(2) Cfr [Ed. SCHWINDENHAMMER CSSR], *Vie du R.P. Louis Czech* (ms in AG Bibliotheca 148, 46) 203 ss., chap. VII: Le supérieur.

P. noster Vicarius Generalis, profecturus Viennam, in me conjecerat oculos, ut Rectoris Vallis-Sanctae in me suscipiam munus (3). Incapacitatis meae probe gnarus simulque videns, quam inconvenienter quisquam Rector constituatur, qui monasterium nec inhabitet, nec pro praesenti diversas ob circumstantias inhabitare possit, omnem conatus sum movere lapidem, eo fine, ut Rev.mus Vic. Gen. in alios distrahatur sensus. Eventus plane respondit expectationi meae, cum peractis consuetis exercitiis spiritualibus R. Patri Sabelli hoc officium imponeretur, relicto mihi munere componendi res exteras, aut cum regimine civili obventuras (4).

Sat feliciter tum omnia per aliquot tempus processere. Verum e[x]templo rumores aliqui, famam hujus Patris maximopere laedentes, sparguntur, qui cor ipsius profunde vulnerabant (5). Satisfactione publica desuper licet obtenta, his tamen valde commotus, ut et aliis quibusdam difficultatibus, quas in familiae suae regimine expertus est, tandem in sententiam muneri suo valedicendi adductus est. Dimissione sua petita et accepta, Rev.mus Vic. Gen. denuo me invitum elegit Rectorem cum potestate constituendi quemquam, qui vices meas obeat, usquedum, circumstantiis mutatis, muneri meo per meipsum satisfacere liceat (6). Ne diutius divinae ordinationi resistere videar, collum meum obedientiae jugo submissi, eundemque R. P. Sabelli Vice-Rectorem, approbante Rev.mo Patre Vic. Gen., renunciavi. Nec enim alium inter Confratres invenire potui, qui necessarias haberet proprietates, neque prudens fuisset, in illo temporis momento, ubi fama ipsius periclitaretur, alium quendam licet aptiorem domus gubernationi praeficere eo quod hoc modo facile ansam praeberissem credendi, veros esse, qui de ipso circumferebantur sermones.

Sua dein sorte maxime contentus, nihil magis cordi habebat, quam exactam Regulae promovere observantiam, omnesque illi et amorem praestitere et venerationem. Et licet hinc inde in aliquas offenderet molestias (ubinam enim talia non inveniuntur), facili tamen negotio complanatae fuerunt.

Ast nuperime mihi revera singularem transmisit epistolam, in qua altioris perfectionis studii causa se Romam profecturum dicit, simulque rogat, ne indigne feram hanc suam determinationem, eo quod Regula Rectori locali adimit potestatem, concedendi aut denegandi licentiam ad Rev.mum P. R. M. proficisci volentibus.

Crede vix poterit R. T. quanto stupore, quantaque tristitia captus fuerim ad hujus epistolae aperturam, praecipue cum paucis ante diebus in monasterio fuerim, ubi nec verbum de talibus mihi locutus est. Paulo post, accinctus itineri, me invisendum venit. Maxima cum mansuetudine illi ob oculos posui inconvenientiam et impossibilitatem suae resolutionis, detri-

(3) Sicuti VG Passerat nuntiavit RM die 25 VII 1820; supra epist. 3.

(4) Sec. *Chronicam Domus Friburgensis CSSR*, post exercitia spiritualia in communi peracta diebus 18-23 IX, VG Passerat voluit Rectorem constituere P.em Czech; « hic autem humilissime se excusavit ». Die 30 IX nominatus est Rector P. Sabelli. - MH XV 98.

(5) Has difficultates non cognoscimus.

(6) Die 10 IV 1821 VG Passerat dimissionem P.is Sabelli ratam habuit et die 26 eiusdem mensis P.em Czech Rectorem nominavit. - Cfr SCHWINDENHAMMER 205.

mentum quoque, quod ex ejus discessu necessario in Domum Vallis-Sanctae redundare debet; cum enim nemo sit qui illi praefici queat, ejus depravatio necesse est ut sequatur. His addidi, quod, cum nullam a Rev.mo R. M. mihi licentiam in scriptis (prout Regula requirit) exhibere valeat, me omnino ejus molitioni opponere debeam. Acquievit saltem externe voluntati meae, ut et propositioni: se non petiturum esse licentiam a Rev.mo R. M., quin me advertat, ut et ego rationes meas contrarias eidem exponere possim et valeam. Interea, me inscio, sibi commeatum seu, ut vocant, litteras viatorias conficiendas curaverat (7). Mihi quoque aliam exaraverat epistolam, per quam me certiore reddidit, se in proposito suo permanere; quod cum intellexi, Vallem-Sanctam iterum adire coactus fui.

Quaesivi primum ex aliis Confratribus, num ipsi quasdam suscitaverint molestias, aut alio quodam modo ad hoc consilium capessendum contribuerint. Hi contrarium asserentes id unum affirmabant, R. P. Sabelli ab aliquo tempore inusitatum exhibuisse indifferentiam circa Regularum observantiam, quarum zelator eximius paulo ante fuerat. Questi sunt insuper, illum characterem admodum tristem, silentiosumque induisse, ita ut ferme verbum nullum ne in recreatione quidem proferret. Alia quaedam ex ejus ore prolata sub silentio transeo, quae, si vera sint, magnum haud offerunt signum amoris ac venerationis erga Congregationem.

His igitur instructus ad illum accessi, et omnibus denuo in mentem revocatis, ipsius tamen voluntatem flectere nullatenus potui. Animadverti in illo defectum sinceritatis, qui eum in frequentiores abripiebat contradictiones, quibus propositum suum velare conabatur. Ast, quid faciendum de homine, qui in hac parte offendit, nolens se credere superiori suo, an sine hac sinceritate remedia opportuna ipsi assignare poterit? Facile conjiciet R. T., omnia in eodem statu permansisse, meque maximo cum dolore rebus infectis fuisse reversum. Id tamen notandum, quod ab illo petierim, ut mihi tradat litteras suas viatorias; timui enim, ne abreptus cogitationibus et imaginationibus, quibus maxime indulget modo, quodam die extrema tentet. Aegre tulit hanc petitionem, sese tamen illi conformavit. His ultimis tandem diebus mihi scripsit, suam epistolam ad Rev.mum P. R. M. revera profectam, ac proinde tempus esse, ut si quid in contrarium afferre paratus sim, id sine omni faciam mora. Cuncta tamen inutilia fore existimat, eo quod in suis litteris omnes jam solverit objectiones (8).

Habes nunc Plur. R. P. exactam rei narrationem. Id unum in tota rei serie comprehendere nequeo, quo factum sit, ut R. P. Sabelli, qui hucusque Vallem-Sanctam in deliciis habuit, tam subito contrarios induerit sensus. Non absque causa hanc mutationem repentinam abscribere placet amoris pro-

(7) Syngraphus Confoederationis Helveticae, P.i Sabelli datus die 9 V 1822 in Fribourg, conservatur in AG IX B 44. - Unitus est syngraphus Imperii Austriaci, datus die 16 I 1819 in Wien pro itinere in Helvetiam.

(8) Revera RM petitioni P.is Sabelli annuit et iam mense sequenti opportunas instructiones dedit PG Giattini, Romae degenti, de hac re, uti desumimus ex epistula P.is Giattini ad RM diei 19 VII 1822 (AG VI B 17): « Per il P .Sabelli cercherò di fare quanto mi scrive, venendo qui ».

prii laesioni, quam percepisse arbitratur ex admonitione charitativa, data illi, me approbante, a duobus Confratribus circa rem sat magni momenti. Saltem antea nec minimum displicentiae prodiderat signum, nec unquam frequentes illas quas nunc recipit inspirationes internas, et quas illusiones vocare mallet, attulit. Alia quoque mihi non desunt momenta dubitandi de puritate et sinceritate ejus incepti, sed ne mea epistola, quae nimium jam excrevit, R. T. taedium causet nauseamque, illis praetermissis, finis imponendus.

Jam ad haec pauca reduco motiva, quae R. P. Sabelli praesentiam actualem in Valle-Sancta exigunt. Primo quidem: carentia omnis subjecti habilis ad regendam domum, ut jam supra memoravi. Secundo: nemo Confratrum ibi habitantium linguam callet gallicam, nisi ipse; qua ratione autem negotia tractanda in regione, in qua haec sola viget lingua, ni saltem unus in Congregationis inveniatur gremio, cui familiaris sit? Tandem ecclesiae nostrae annexum est beneficium, vi cujus obligamur ad instruendos infantes in rebus fidei, et ni fallor ad conciones hinc inde ad populum habendas, haec autem omnia in gallico idiomate; quo pacto vero, illo absente, hisce satisfiet obligationibus? Vel quis fidelium excipiet confessiones, aut aegrotis administrabit S. Sacramenta in casu necessitatis? Quam aegre feret populus, qui adeo libenter recurrit ad Religiosos, ejusmodi dispositionem, qua tali tantaque privatur consolatione? An non per illam quoque Institutum nostrum fine, quem B. P. Alphonsus unice intendit, frustraretur suo?

Lubeat R. T. has rationes Rev.mo P. R. M. humillime exponere; majoris enim momenti sunt, quam ut timeam, eundem illis postpositis, neglectaque voce supplicii superioris, potius consensurum esse desiderio alicujus subjecti. Ne autem proposito R. P. Sabelli prorsus alienus esse videar, hanc solam meam esse mentem, et eo tantum tendere praesentem humillimam supplicationem, hisce declaro, ut posito quod Rev.mus P. R. M. illius assentire votis opportunum ducat, effectum tamen concessionis aut licentiae suae in illud protendere dignetur tempus, usquedum a Rev.mo Vic. Gen. aliud obtinuerim individuum quod ejus gerat vices; aut si Rev.mus R. M. malit nobis mittere Rectorem ex Italia, illum ambabus, ut ita dicam, recipiemus manibus amplectemurque.

De cetero cuncta divinae commendo providentiae, quam humillime adoro in quacumque superiorum meorum dispositione, et licet multa jam passus sim hujus rei gratia, plura adhuc opitulante Dei gratia sufferre non recuso. Demum, qualis qualis sit Rev.mi P. R. M. decisio hac super re, instanter obsecro R. T., ut mihi illam directe communicet; sub obedientia enim formali defendi (9) R. P. Sabelli, ne prius discedat a Valle-Sancta, quam obtinuerim egomet ipse responsum ad hasce litteras. Diversa alia mihi adhuc scribenda restant, sed placet illa ad aliam remittere occasionem.

Interim R. T. dignetur gratos habere et meos et Confratrum meorum sensus amoris ac gratitudinis, nosque omnium, qui Romae positi sunt,

(9) *Defendi*: interdixi; ob similitudinem cu mvoce francogallica *défendre*.

commendare orationibus. Permaneo maximo tum teneritudinis tum venerationis affectu

Reverentiae Tuae

humillimus ac obedientissimus servus et frater in Christo
Aloysius Czech C.SS.R., Rector Vallis-Sanctae

Inscriptio a tergo:

Al Molto Rev.do Padre, Il Padre Vincenzo Giattini
Procuratore Generale della Congregazione del SS.mo Redentore
S. Maria in Monterone, Roma

9. - 1822 X 15, Roma. - RP SABELLI ad P.em Czech. - Orig.: Arch. Prov. Lugdunensis-Lyon. (Transcriptio facta est a P.e Landtwing).

De P.e Giattini infirmo. Dat notitias de suo itinere et de diversis negotiis, quae Romae curavit. Mandat quosdam libellos pro usu Confratrum.

Rom, den 15. Oktober 1822.

Plurimum Reverende et dilectissime Pater!

Der Pater Giattini, der das ganze Gesicht und den Körper des P. Hoffbauers selig hat und ihm ganz gleich sieht, hütet seit dem 1. Oktober das Bett: Podagra in Füßen, Schmerzen im Magen und im Kopf; nur mit Hilfe anderer kann er sich umkehren (1). Er ist stets umgeben von Geistlichen und jungen Abbaten. Er liegt da voll Sanftmuth, Geduld und Güte; jene die wegen seiner trauern, muntert er auf. Einige hoffen an seinem Aufkommen, andere geben die Hoffnung auf. Ich habe seinen ganzen Zustand dem Generalen dargestellt (2); wir erwarten die Antwort. Von der Congregation bin ich der einzige bey ihm (3). Nebst seiner gründlichen Frömmigkeit ist er ein sehr gelehrter Mann. An dem ganzen Prozesse der Beatification hat er mit Thätigkeit gearbeitet, und sie bewirkt. Die Einrichtung der Kirche Sta Maria in Monterone hat ihn 50,000 Scudi (... Thaler) gekostet; ist sammt dem Hause von 4 Stock, klösterlich eingerichtet, unser Eigenthum (4).

Nach der Vorstellung, die ich ihm wegen Eurem Directorium machte, gab er mir das neue Directorium sammt dem Decrete, dessen Bewirkung nebst Druck ihn 50 Scudi kostete (5). Ich untersuchte es fleißig und fand

(1) P. Giattini apoplexia tactus fuit. - *Notizie cronologiche dell'Ospizio e Chiesa di Monterone in Roma, 1815-1869*, p. 3 (Orig. in Arch. Domus S. Maria in Monterone; photocopie in AG).

(2) In epistula diei 17 X 1822; infra epist. 10.

(3) Postquam P. Caelestinus Cocle, postea RM, initio mensis ianuarii 1816 Neapolim abierat et Frater laicus Ioannes Cimatti paulo post in Spello reversus fuerat, P. Giattini solus remansit usque ad adventum P.is Iosephi Mautone, die 10 XI 1822. - Cfr *Spic. hist.* 8 (1960) 52-53 et 60.

(4) Quomodo P. Giattini Ecclesiam et Domum ad S.ae Mariae in Monterone obtinuerit (2 VIII 1815), restauraverit et instituerit, legi potest in studio PP.um SAMPERS et Löw, *De initiis Hospitalii romani S. Mariae in Monterone, 1814-1820*: *Spic. hist.* 8 (1960) 40-60.

(5) Ulteriori inquisitione, quam quae nunc fieri potest, opus est ad definiendum cum certitudine, de quo *Directorio* et *Decreto* hic agatur. - Remittimus pro hoc puncto et pro

die Feste die Euch mangeln, ging daher in die apostolische Kammer und kaufte die Officia. Ich fand 123 leere Tage. Als ich aber die bewegliche und unbewegliche Oktaven samt den privilegierten Tagen berechnete, so blieben mir nur 17 leere Tage übrig; und da können Sie einen von unsern privilegierten Festen (aber nur 1 mal im Monat, nicht mehrere monatlich, wie es bisher geschah) hineinsetzen, oder ein dioecesan cadens; bisweilen fällt auch ein Sonntag ein, und so werden die 17 ausgefüllt. Sie werden sich verwundern, welche Veränderung geschehen ist. Auf die Objection, daß Sie und die Elsässer das dioecesan Directorium nicht brauchen können, das nicht römisch ist, sagte P. Giattini; man hätte es ihm berichten sollen, jetzt könne man nichts mehr tentieren; die Sache seye entschieden und verbinde die ganze Congregation, sie möge in allen 4 Welttheilen verbreitet seyn. Nur eine gedruckte Messe bekam ich; die andern sind nach ihren Officien unten angezeigt. Festum S. Calogeri ist noch nicht gedruckt; ich schreibe es ab (6). Festum Patroni Ecclesiae bleibt auch bey uns in seinen alten Rechten d.h. 1^{ae} clas. cum octava. Dedicaciones sind alle auf den 3. October reduciert, excepta Cathedralis. Die Monat-Sonntäge 1^{te} 2^{te} 3^{te} werden hier genommen, quae vel occurrunt in Kalendis, vel prima et post Kalendas, sicut et in foro. (Auf den Zweifel des P. Joseph).

Ein Büchelchen, welches eine Novene, oder ein Triduum zu drey Gebethern für den Tag, zum seligen Vater enthält, vom P. Giattini verfaßt, und von der päpstlichen Censur approbiert, muß ich noch beylegen (7). Lassen Sie selbes von einem der mit dem Geiste der italiänischen Sprache bekannt ist, ins Deutsche überwerfen, und schicken Sie das Original nach Wien. Die dortigen Gutthäter, welche zu unserm Stifter so andächtig sind, ja das gesammte Volk, werden es in Druck geben, nachdem es vom P. Libozki übersetzt ist; und so wird die Ehre unseres Stifters verbreitet. Die Andacht beginnt mit Aussetzung des Hochw. Guts im Ciborio, dann werden die Gebether gesprochen, nacher *Sub tuum praesidium*, und die Lauretanische Litaney abgesungen unter Begleitung der Orgel, das Gebet *Defende*, 2tens für den Papsten, 3tens pro quacumque necessitate, 4te ad libitum, 5te *A domo tua*, wenn es nöthig ist, endlich *Tantum ergo*.

Zur Canonization fehlen nur noch 2 Miracles. Sollte in Wien oder irgendwo was Wichtiges geschehen, so wünschte man solches in forma consueta cum testibus juratis hier zu erhalten.

Ich bitte: 1tens, dem P. Eggle su sagen, daß ich seinen Brief in Monte Cavallo Nro 3 dem Sturny übergeben; mehrere freyburger Soldaten am päpstlichen Hofe haben dem verstorbenen Stoffel von Lanten nachgefragt.

aliis quaestionibus liturgicis huius epistolae ad studium de hac materia nunciatum in nota 1 ad epist. 6.

(6) Festum S. Calogeri C. Congregationi concessum erat die 23 XI 1819. - Cfr *Documenta authentica facultatum et gratiarum spiritualium quas Congregationi SS. Redemptoris S. Sedes concessit...*, Ratisbonae 1903, 96 n. 79.

(7) Apud M. DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* II 160 et III 307 s.v. *Giattini* non invenitur hic libellus.

2tens, dem P. Franz, daß ich in seinem Namen die 7 Hauptkirchen besucht; wie ich ihm im Monat May noch versprochen hatte. Daß unser Bischof Moscardini in unserer Priesterstadt Fulgino schon vor vier Jahren gestorben sey (8). Daß unsere Patres von Hyspello ihr Domicilium nach Scifelli jenseits Roms übertragen (9).

3tens, dem P. Srna, daß ich seine Wünsche und alle derjenigen, die er mir nannte, in Loreto vollzogen habe, und ihm das überschickte was er, es sey für sich, oder andere begehret hatte.

4tens, der P. Berset und P. Biedrzycki möchten noch zuwarten; es sey mir bis dato noch nicht möglich gewesen. Sie werden das ihrige in einem Schreiben an H. H. Charpentier erhalten.

Als ich die Forschung nach Ihrer Existenz dem P. Giattini beantwortet hatte, sagte er: Der P. General werde eine solche Niederlassung niemals gutheissen; cura animarum wäre von der Regel aus verbothen, und somit könne er auch für eine solche Existenz den Rektor nicht approbieren. Dies sage ich Ihnen allein im Vertrauen. Doch habe ich den Generalen noch nicht gesprochen, dem ich die Noth, in welcher sich während so vieler Jahren der P. General Vicari befand, und die Bedingnisse Ihrer Aufnahme erörtern werde. Wenn je irgendwo, so wird gewiß hier die Regel Ausnahme finden.

Ein Wort für mich. - Ich konnte in Chavanne vom dem Kapellan statt 3 nur 2 Louis d'ors erhalten, für den 3ten gab ich ihm also 20 Messen, denn 3 waren schon gelesen von jenen die sie mir bewilligten; ich hatte also wenig Geld und keine Messen. Als ich in den Vallis kam und von den Reisenden von der Theurung Italiens und den Taxen unterrichtet ward, mußte ich mich entschliessen, die Schuld bei der Lochmatterin zu erheben, welche in 5 Nthalern und 16 batz bestand; damit reisete ich nach Mailand. 2 Tagen aß ich nur fruchten, und mußte doch sehen im Ueberblicke der weitem Reise, daß ich nicht auskommen werde. Allein die göttliche Vorsicht, welche auch eines Spatzen nicht vergißt, wachte über mein Elend. In Mayland bekam ich von einem pohlischen Grafen Lubecki 10 französische Franken. In Parma von der Maria Louise, an deren Hofe ich 2 mal speiste, 30 französische Franken. In Loreto bey der deutschen Foundation 3 Thaler. Vom Großvikar daselbst, für Verfertigung 2 französischer Briefe, 2 Thaler. Und so kam ich nach Rom mit noch 3 Thaler im Sack. Dies sage ich zur Ehre Gottes (10).

Meine übrigen Reisebegebenheiten dürften Ihnen lästig fallen; ich will sie mit Stillschweigen übergehen. Die ganze Reise beträgt 746 Milien, dies macht 298 $\frac{2}{5}$ Stunden; es soll sie niemand ohne 15 Louis d'ors antretten, und da dürfe er noch wenig oder gar nichts fahren. Es ist Italien, wo er

(8) PP. Sabelli, Franciscus Hofbauer, Casimirus Langanki sacerdotii ordinem receperunt in Foligno die 23 X 1803. - Cfr MH VI 161 et XV 46 (HOFER 163 habet diem 24 X 1803; hoc die tamen primam missam celebrarunt in Loreto; cfr *Spic. hist.* 2 [1954] 298).

(9) Ante ordinationem commorati sunt tres clerici in domo CSSR urbis Spello, quae domus an. 1820 derelicta est. - Vide notam 24 ad epist. 2.

(10) Iter P. is Sabelli accurate cognoscitur ex eius syngrapho conservato in AG IX B 44, qui multis subscriptionibus et signis impressis auctoritatis publicae munitus est.

hinten und vorn betrogen wird, denn 7 Juden, 2 Griechen und 1 Türke machen erst einen Italiäner nach seinen Eigenschaften aus, heißt es in Wien.

Ich glaube alles gesagt zu haben, was Sie interessieren könnte, und meine dankbare Pflicht von mir erheischt. Ich bitte noch einmal um Verzeihung, mich in Ihr H. Gebet inständigst empfehlend, gleich wie auch ich in allen H. Oertern für Sie bete, vorzüglich hier bey den Gräbern der H. Aposteln.

Euer Hochwürden dankbarer mindester Diener

P. Joan. Sabellj C.SS.R.

P.S. Von Regeln ist kein Exemplar übrig; sie sollen gedruckt werden (11). Von Neapel werde ich wieder schreiben. Belieben Sie für das Beygelegte 5 Messen aufzunehmen, die schon hier uns gelöscht sind.

10. - 1822 X 17, Roma - RP SABELLI ad RM Mansione. - Orig. AG IX B 44, 10.

Nuntiat suum adventum Romae, post longum iter pedibus factum. Dispositiones petit.

V J M J A

Romae, die 17^a Octobris 1822 (1)

Reverendissime in Christo Pater!

Auxiliante Deo jamjam feliciter sanus et laetus Romam aspexi, postquam 748 miglia permeaverim pedes, exceptis uno die quo in barca Milanium appuli et tribus diebus quibus deinceps occasionaliter curru usus sum (2). De Bologna usque Lauretum plerumque aegra valetudine iter prosequendo, Cessenae (= *Cesena*) decumbere coactus, usque tandem aeger aegrum fame vincens et itinerans Laureti, sumpta medicina, valetudini restitutus sum. Quarta ibi ab ingressu die, consecuta jam et corporis per sanitatem et animae per indulgentiam salute, ad iter jam accinctum R. D. Grand Vicarius (3), pro conficiendis idiomate gallico duabus epistolis, Lauretum regredi coegit, quo obstaculo ponente quinque praeter intentionem dies Laureti morari oportebat. Pro continuando deinde itinere usque Romam, quod 182 adhuc miliaribus constat, 8 dies insumpsi, et die deinceps octava quae erat 15^a hujus, Sanctae Teresiae sacra, una cum quatuor Patribus Ordinis Praedicatorum venientibus Viterbo, qui commiseratione tacti currum suum ascendere jusserunt, Romam veni.

(11) Ultima tunc existens editio italica Regulae facta fuit an. 1791 in Napoli; tantum an. 1830 in Torino nova editio facta est a typographo Hyacintho Marietti.

(1) Quamquam haec epistula Alpes non transcendit, eam transcribimus utpote cum aliis intimiori modo cohaerentem.

(2) Modus « apostolicus » itineris rationem habuit in pecuniae penuria, uti ex hac epistula et praecedenti clare elucet.

(3) In epistula praecedenti dicitur « Großvikar ». Probabiliter agitur de magistratu, qui nomine Congregationis Lauretanae iurisdictionem in Loreto exercebat. - Cfr MORONI, *Dizionario...* XVI (1842) 237 ss.

Sed quia nullum in hoc mundo gaudium sine amaritudine, ideo vix ad salutandum R. P. Giattinij advolaverim, cum ecce jam a 1^a die hujus lecto decumbentem inveni, et nisi aegrotaret, ipsemet scripsisset Reverendissimae Paternitati Tuae. Igitur meo calamo precibus sese una mecum impensissime commendat, osculando manus Paternitatis Tuae Rev. mae. Non desperatur quidem de ipsius convalescentia, sed ejus spes nondum affulget; patitur in capite, stomacho, et pedibus, totus infirmus.

Scripsi ab exordio itineris mei Reverendissimae Paternitati Tuae de Briga, sed ignoro epistolae adventum (4). Ideo scribo de Roma, quemadmodum benigne ordinare dignatus es mihi (5), humillime supplicans, ut opus quod nimia in me benevolentia tua ac sollicitudo vere paterna exordiri dignata est, etiam perficere non dedignetur. Suscipe me ergo secundum eloquium tuum, et non confundas me ab expectatione mea, fiatque ut eo magis inexcusabilis evadam, si non audiero vocem Patris mei amantissimi, cujus ulteriorem circa me dispositionem cum omnimoda resignatione hic expecto, supportante me interim R. Patre Giattinij.

Ut autem magis plangam, dicam confidenter, quod mihi non restent pro continuatione itineris mei quam 3 Scudi. Cum essem Viennae, procuravi pecuniam numerosam et ornatum ditissimum et superabundantem a benefactoribus pro ecclesia monasterii nostri Friburgensis, eaque omnia illuc mecum adtuli (6). Attamen discedendo de Friburgo, R. P. Rector non dedit mihi quam 16 Scudi, ideoque et semper camminare (7), et non nisi una vice de die quid modicum sumere potui, et plerumque nihil, et nisi providentia divina, quae nec unius avis oblivisci potest, supplevisset defectum justitiae et charitatis Confratrum meorum, defecissem in via. Ecce ad Dei gloriam dico: Milani a quodam Comite Polono accepi 15 Paulos. Ab Archiducissa Parmae, cui Viennae notus eram agendo capellani aulici vices, 6 Scudi. Ex fundatione germanica Laureti, 3 Scudi. Ab ipso D.no Grand Vicario pro epistolis, 2 Scudi. Hinc et viam perfeci, et 3 Scudi mihi adhuc restant.

Multa haberem adhuc dicenda, sed non audeo gravare nimium cor Patris mei amantissimi, donec mihi jubeat ipse.

Interim permaneo in osculo pedum devotissimo

Reverendissimae Paternitatis Suae

indignissimus et obsequentissimus filius vivens et moriens
P. Joann. Jos. Sabellj Congr. SS.mi Redempt.

Inscriptio a tergo:

Illustrissimo ac Reverendissimo in Christo Patrj, Domino Nicolao Mansiono
Superiorj Congregationis SS.mi Redemptoris Generalj
per Neapolim

a Nocera

(4) Haec epistula non conservatur in AG, nec notatur in ALO 7.

(5) Epistula RM, qua haec dispositio transmissa est, non conservatur in AG.

(6) Cfr epistolam P.is Stark ad P.em Sabelli diei 23 IX 1879 ex Wien. - MH XV 141-142.

(7) *Camminare*: ambulare; ob similitudinem cum voce italica *camminare*.

11. - 1822 XII 5, Pagani. - RP SABELLI (confirm. a RM MANSIONE) ad P.em Czech. - Orig. (m.p. P.is Sabelli; confirmatio m.p. RM Mansionione): Arch. Prov. Lugdunensis A I 2; photocopia: AG X A 5.

Transmittit dispositiones RM de modo procedendi cum iis, qui ad conventum redire nolunt.

Pl.um Rev.do Patri Aloysio Czech, Rectori Cong.nis SS.mi Redemptoris in Cantone Friburgensi.

Plurimum Reverende Pater!

Exposui statum existentiae vestrae in Helvetia Rev.mo Patri nostro Rectori Majori, nec non angustias Reverentiae Tuae circa Patres Cong.nis nostrae, qui viam apostasiae ingressi sunt. Feci haec omnia fideliter et exacte, prout rogasti me ante discessum meum (1).

Quoad primum recipies instructiones Viennâ a Rev.mo Patre Vicario Gen. tuo.

Quoad secundum sequens decisio Rev.mi Patris Rectoris Majoris moderatissimae prudentiae tuae sit pro praxi in cognitionem: Inprimis vocabis singulos Patres illos, indicendo ipsis unum mensem intervallo cum interminatione expulsionis secuturae, nisi redeant. Quod si tamen hoc non obstante redire renuant, vel tacendo citationem tuam spernant, vel eam non recepisse dissimulent, Reverentiae Tuae nihilominus constabit eandem ipsis innotuisse, tunc ad decretum expulsionis nomine et auctoritate Reverendissimi Patris Rectoris Majoris formandum Tibi procedendum erit, quo pariter ipsis transmissio perpetuo inhabiles ad receptionem in gremium Congregationis reddantur. Quod cum ita fieri oporteat, subscriptione manu propria Rev.mi Patris Rectoris Majoris firmatur.

Nocerae Paganorum, die 5^a Xbris 1822.

Omnia suprascripta confirmo (2).

Nicolaus Mansionione SS.mi Red.ris
Rector Major

L.S.

12. - 1822 XII 6, Salerno. - RP SABELLI ad P.em Czech. - Orig.: Arch. Prov. Lugdunensis. (Transcriptio facta est a P.e Landtwing).

RM non approbat, quod Confratres in Helvetia ut magistri scholarum, ut vicarii et parochi laborant contra indolem Instituti. De modo procedendi cum iis, qui in conventum redire nolunt (vide epist. praecedentem). Variarum notitiae de Congregatione in Regno Neapolitano.

(1) Paulo post adventum suum in Pagani, mense novembri 1822 (ALO 7) P. Sabelli longam et accuratam relationem confecit de statu personali et reali, de observantia regulari et de laboribus apostolicis Congregationis Transalpinae. Haec pretiosa relatio (16+4 pp.) conservatur in AG X A 5, 1-2.

(2) Uti ex textu patet, epistula scripta est a P.e Sabelli nomine proprio (initio: *Exposui*), ipse tamen non subscripsit. Verba *Omnia suprascripta confirmo* RM Mansionione m.p. adiunxit, qui et subscripsit.

Salerno, den 6. Dezember 1822.

Plurimum Reverende Pater!

Ich bin mit 18 Patres auf der Mission in Salerno, welcher der hochwürdigste General selbst vorsteht. Bey den wichtigen Geschäften also erhielt ich doch diese Beylage, denn dieser liebevolle Vater denkt immer auf Euch; Euer Schicksal zu verbessern liegt ihm stets im Sinn; sprach vieles davon mit mir.

Er mißbilliget die Bedingnisse sowohl für das einte als andere Haus im Kanton, die eingegangen waren. Die Schulen in Stäphis (1), sagt er, trennen die Patres von der Versammlung; dieser Art Schulen wären ein Dorn für unsere Regel immer gewesen. Diese Bedingnis hätte bey dem ersten Blick sollen verworfen werden. P. General wird in den P. Passerat dringen, Euch aus dem Kanton zu haben, wo ein jeder Pater bald auf diese, bald auf andere Art, gegen den Zweck seines Berufs arbeiten muß. Es will ihm nicht gefallen, gar nicht will es ihm eingehen, daß ihr Musikanten *ex professo*, daß ihr Cantores (2), daß Ihr Seelsorger oder Kapläne — die er Pfarrdiener nennt, — daß Ihr Schulmeister, daß Ihr endlich sammt den Brüdern Landbauer seyd (3). Es hat euch zwar die Noth dahin versetzt, da nun aber bessere Zeiten eintreten, so wäre es Pflicht sich um einen solchen Platz umzusehen, wo Ihr den Charakter der Cong., mit dem Ihr bezeichnet seyd, ausdrücken könntet.

Heute schreibe ich auch nach Wien ganz kurz, auf Befehl Sr. Hochwürden (4), wo ich unter anderm melde, daß Sie authorisiert wären, die Dimission zu geben denen, die binnen einer Monatsfrist nicht zurückkommen. *Expulsio* enthält aber einen strengeren Sinn als *Dimissio*, und in diesem Sinn *Expulsio* haben Sie Vollmacht, aus Ursache weil P. Passerat officiell nicht im Kantone regiert, sondern *secrete*, die *Execution* aber öffentlich wird, und in Wien schaden könnte; diesen Umstand habe ich angemerkt.

Unsere Congregation steht hier in solcher Majestät, daß ich Folianten brauchte Ihnen nur einen Schatten davon zu entwerfen. Ich habe angefangen ein Mitglied der Versammlung zu seyn, und der österreichischen Armen Mission zu halten, die aus Deutschen, Böhmen und Polen besteht.

Heute hat der Erzbischof von Salerno mit uns zu Mittag gespeist und der Mission wegen, die unsere Patres bis Ende Dezembers fortsetzen werden, vor Freude geweint; er sieht die Früchten seit dem 1. November. Diese Stadt besitzt unter andern H. Körpern St. Gregorius PP. VII, und den

(1) De scholis in Estavayer-le-Lac cfr LANDTWING 94 ss. In epistulis infra transscribendis pluries de actuositate PP.um in his scholis sermo erit. - Conservatur in AG X A 15 copia pacti constituti inter Consilium Municipii et VG Passerat die 16 VI 1820.

(2) De actuositate P.is Czech ut professoris musicae et Cantoris Ecclesiae S.i Nicolai in Fribourg cfr LANDTWING 99 ss. De hac re in epistulis infra transscribendis pluries sermo erit.

(3) Siquidem Patres in Valsainte quandoque manum laboribus agriculturae dederunt, hoc tamen tantum per modum exceptionis factum videtur.

(4) Haec epistula nobis non est conservata, nec notatur in ALO 7.

H. Matthäus Apostel und Evangel., dessen glorreiche Grabstätte unter der Cathedral in einer marmornen Kirche besteht.

4 Patres unserer Congregation sind Bischöfe, der 5te Erzbischof in diesem Königreich (5).

Der General begehrt von Wien einen Pater der hier den Orden lernen kömme, um dessen Geist auch jenseits zu pflanzen. Begehren doch Sie hieher [zu kommen;] am liebsten wären *Sie* mir hier, denn ich sehete gerne Sie für Ihre Qualen [...] (6) so entschädigt [...], wie ich mich fühle.

Nebst dem General sind 4 Rectores locales hier, 2 Consultores, 3 Ministers. Wir [...] der Liebe. Salerno liegt an der Küste des mittländischen Meeres, 13 Stunden hinter Neapel bey Calabrien [...].

Veressen Sie nicht Ihren Sie liebenden Diener

P. J. Sabelli

Ich bitte täglich für alle, besonders in Nocera bey dem Grabe Beati Patris.

13. - 1822 XII 18, Wien. - VG PASSERAT ad RM Mansione. - Orig. (tantum subscriptio autographa; epist. scripta a P.e Libozky): AG Epistulae P.is Passerat I.

Petit iterum Regulam et Constitutiones OSSR. Iterum de P.e Lafitti. De deneganda petitione P.is Srna, ut in Italiam venire possit, quia iam destinatus novae fundationi in Moravia.

J. M. J.

Rev.mo P. Rettore Maggiore!

Nell'ultima mia del 12 Ottobre passato (1) pregai V. P. Rev.ma di concedermi la permissione di erigere qui in Vienna un convento di Monache del SS.mo Redentore, e di avere la bontà di mandarmi le loro Regole e Costituzioni con le necessarie istruzioni (2). - Scrisi anche, acciò V. P. Rev.ma possa regolarsi, che il P. Giov. Lafitti è stato accusato avanti 26 anni d'aver sollecitato una sua penitente, e che in ogni luogo di sua dimora lasciò una pessima fama di sua condotta coll'altro sesso, dando perciò occasione a forte mormorazione (3).

Sento che il P. Gius. Srna scrisse a V. P. Rev.ma per avere il permesso di venire in Italia e di abbandonare la Provincia di Germania (4). Ma prego

(5) An. 1822 erant 3 episcopi CSSR: Raphael Lupoli (1767-1827), episc. de Larino (25 V 1818), cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 257 n. 90; Nicolaus M. Laudisio (1779-1862), episc. de Bova (4 VI 1819); Petrus I. Marolda (1770-1842), episc. de Marsico et Potenza (19 IV 1822), cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 259 n. 102.

(6) Quaedam verba in fine huius epistulae legi non possunt.

(1) Haec epistula nobis non est conservata, nec notatur in ALO 7.

(2) De primo consilio fundandi domum OSSR in Wien cfr HOSP, *Erbe* 125.

(3) Nomen LAFITTI in catalogis et documentis archivi generalis frustra quaesivimus. In ALO 7 notatur: « 1822, 17 Agosto, Friburgo. Sulla condotta del P. Lafitti uscito », sed haec epistula in AG non conservatur. - P. Landtwing nobis die 14 IV 1961 communicavit, se nomen LAFITTI in documentis helveticis non invenisse.

(4) Epistula P.is Srna ad RM, scripta an. 1822, non invenitur in AG, nec notatur in ALO 7.

umilmente V. P. Rev.ma di non dargli questo permesso, poiché nella mia mente già lo destinai per la nuova casa in Moravia, dove egli mi è molto necessario, essendo esso nativo di quelle parti, e possedendo la madre lingua. Spero che V. P. Rev.ma esaudirà questa mia preghiera, poiché ho somma penuria di soggetti che possiedono la lingua slava che è assolutamente necessaria nella Moravia.

Non mancherò di partecipare a V. P. Rev.ma tutto ciò che accadrà di nuovo e rilevante nella nostra Congregazione qui in Austria; finora, tutto è nello stato antico.

Supplico d'impartirmi la santa benedizione, com'anche a miei Confratelli, e pieno di venerazione ho l'onore di protestarmi

Di V. P. Rev.ma

humillimus et obedientissimus servus et filius

P. J. Passerat C.SS.R.

Vienna, li 18 dicembre 1822.

P.S. Desidero di aver una casa nell'Ungheria per li nostri alunni, affinché possano li fare i loro studi. Ho fatto già qualche passo, e spero coll'aiuto di Dio di riuscire fra breve (5).

Inscriptio a tergo:

Al Reverendissimo Padre Padrone in X^o Colendissimo

Il P. Nicolò Mansioni, Rettore Maggiore della Congreg. del SS.mo Redentore

Nocera de Pagani

20 Febr. 1823 (6)

14. - 1823 IV 15, Wien. - VG PASSERAT ad RM Mansioni. - Orig. (tantum subscriptio autographa; epist. scripta a P.e L'ibozky): AG Epistulae P.is Passerat I; edit: *Spic. hist.* 2 (1954) 346.

Mittitur P. Franciscus Springer, portans hanc epistulam, ut de statu Congreg. Transalp. referat et in spiritu genuino Congregationis instruatur.

J. M. J.

Rev.mo P. Rettore Maggiore!

Il latore della presente è il P. Francesco Springer, dotato di talento e di vita esemplare, uno de' migliori soggetti che ho potuto sciegliere per mandarlo a V. P. Rev.ma, affinché egli riferisca puntualmente tutto l'andamento di questa nostra Congregazione, e tutti li difetti che vi regnano. - Prego umilmente V. P. Rev.ma d'istruirlo in tutto quello che troverà opportuno, e di fargli inbevare [!] lo spirito della nostra Madre Congregazione, con fargli vedere, come si regge la Congregazione, e quali pie pratiche si osservino nella medesima; poiché desideriamo ardentemente di vivere secondo lo spirito del nostro Beato Fondatore, e di praticare tutte

(5) Die 18 IX 1822 VG Passerat scripsit ad P.em Czech: « Je pars pour Presbourg demain au Synode, pour faire quelque peu connaissance avec les évêques hongrois ». - Arch. Prov. Lugdunensis. Codex epistularum 179.

(6) Videtur dies acceptionis epistulae, appositus in Pagani.

le costumanze che tutt'ora si praticano con tanta edificazione dalla Congregazione in Italia (1).

Pertanto supplico V. P. Rev.ma di mandarmi li ordini opportuni, e di comandarmi senza riserva, poiché mi troverà sempre pronto ad ubbidire con prontezza e puntualità.

Raccomandandomi con tutta la famiglia alle sante orazioni, prego d'impartirci la santa benedizione, e con la più profonda stima e venerazione mi dico

Di V. P. Rev.ma

u.mo, dev.mo, ub.mo, oss.mo servo
P. J. Passerat C.SS.R., V. g.

Vienna, li 15 Aprile 1823.

15. - 1823 V 2, Pagani. - RM MANSIONE ad P.em Czech. - Adumbratio (a Desiderio Mennone, Consultore gen. Secretario, exarata) et minuta (a P.e Sabelli scripta; a RM m.p. subscripta): AG X A 5.

Iubet eum quamprimum redire in Collegium Valsainte, et dat varias animadversiones pro instauranda ibi observantia regulari. Suadet, ut exquirat possibilitatem transferendi alibi collegium.

J.M.J. et Alph.

Adm. Reverende et dilectissime Pater Rector

Ex authenticis relationibus (1) comperi in istam nostram Domum Vallis-Sanctae graves irrepsisse abusus, quos ego tolerare non possum, eo quod manifeste nostrae Regulae sint oppositi, quam dispensare per habitum ego non valeo. Patres dispersi sunt et expositi ad regendas paroecias, quarum redditus administrare debent et cohabitare cum mulieribus et ancillis quae famulantur. Alii Patres resident Staviaci (1^a) ad regendas publicas scholas. Rector domus moratur semper Friburgi, longe a sua residentia, ibique, saecularibus vestibus indutus, cum duobus clericis (2) nostrae Congregationis directoris musices munus exercet. Nostra domus interea derelicta et absque nostri Instituti exercitationibus desolata pene remanet. Quot irregularitates, omnes nostrae Regulae adversantes!

Ego propterea, qui ratione mei officii nostram Regulam sartam tectam conservare et custodire omnibus viribus teneor, audito prius meorum Consultorum generalium consilio (3) precor, volo, et si opus est jubeo:

(1) De missione P.is Springer et de eius executione, utilissima observantiae genuinae in Congregatione Transalpina, cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 302-303 (Löw) et 4 (1956) 387-390 (Hosp); pluries de hac re etiam in epistulis infra transscribendis.

(1) Relatio P.is Sabelli, de qua in nota 1 ad epist. 11. Ipse P. Czech scripsit ad RM die 2 XII 1822, referens de statu rerum in Valsainte et Fribourg, uti notatur in ALO 7; haec tamen epistula non est conservata.

(1^a) Staviacum (Stavia) ad Lacum: Estavayer-le-Lac (Stäffis), Ct. Fribourg, Suisse.

(2) Cum P.e Czech in Fribourg morabantur P. Iosephus Srna (sac. 27 V 1820 Fribourg) et Frater clericus Martinus Schmitt, qui studiis incumberebat in Collegio SI. Cfr AG X A 5, 2.

(3) A tergo adumbrationis notatum est a RM Mansione m.p.: «Lettera mandata al

I°. - Quod tu Pater mi, prout Rector, statim derelinquas cum duobus nostris clericis mansionem Friburgi et munus directoris musices, ac quam citius te recipias cum eisdem adolescentibus in Vallem-Sanctam, ad nostram vestem denuo induendam et gubernandam de praesenti creditam tibi familiam. Propter tuam obedientiam D.nus tibi restituet, augebitque sanitatem, ad quam conservandam, si opus sit, poteris aliquoties per paucos dies redire quandoque Friburgum, vel ire alibi.

II°. - Quod elapso triennio obligationis regendi scholas Staviaci, mox Patres illi redeant domum, ad curandam propriam Regulam et onera operariorum Sanctissimi Redemptoris; quamobrem cito annunties illis hoc statutum et Gubernatoribus Civitatis.

III°. - Quod nostri Patres non amplius administrent paroecias, sed illico repetant domum ad adimplendas suae Regulae obligationes; ac inde, statis temporibus, bini et bini, vadant quolibet mense coadjuvantes parochos ad audiendas confessiones fidelium in paroeciis ruralibus ac divinum verbum praedicandum; et post mensem, aut duos, redeuntibus primis, vadant alii Patres, sed omnes a te electi. Sic volo et obtestor in Domino.

Haec autem omnia, reverenter tu significabis Ill.mo ac Rev.mo Episcopo (4), cui referes meum obsequium et honorem illi debitum. Qui si contradixerit propter necessitatem suae dioecesis et deficientiam sacerdotum, tu perhumiliter respondebis ei, quod ob praedictas causas vix permitto solum per totum hunc currentem annum nostros Patres regere paroecias, sed statim elapso hoc currenti anno, dicti Patres redeant domum Vallem-Sanctam; et interim Rev.mus Dom. Episcopus poterit providere suas paroecias de presbyteris et ministris. Dices insuper obsequentissime eidem, me non posse ultra aliud concedere sine meae conscientiae laesione; et si ipse in sua sententia permanere maluerit, subjunges, promptum me esse ad derelinquendam potius hanc Domum Vallem-Sanctam et revocandos Patres Vindobonam, aut alibi, quam tot abusus contra nostram Regulam permittere. Et nunc pro tunc declaro et notum facio, quod si aliqui Patres maluerint in paroeciis remanere, postulent dispensationem votorum nostrorum cum causis respectivis, et ego libenter eisdem concedam; aliter eos expulsos declarabo.

Ad tollendas vero tot difficultates aëris et habitationis in Valle-Sancta, et ut nostri Patres populo sint utiliores, vide et cura tu diligenter penes Episcopum et Gubernatores Urbis, si obtinere poteris aliam domum et ecclesiam intra aut extra (quod optabilius) moenia Civitatis Friburgi. Et sic derelinquetur Domus Vallis-Sanctae, et tu consules valetudini tuae aliorumque Patrum (5).

Rett. di Friburgo, letta ed approvata da' Consultori Generali il dì 1 Maggio 1823 ». In *Libro delle Consulte generali, 1783-1859* (Orig. in Arch. Prov. Neapolitanae-Pagani; fotocopia in AG) hanc deliberationem non invenimus. - Nomina Consultorum generalium inveniuntur in *Spic. hist.* 2 (1954) 34-35.

(4) Exc. Petrus Tobias Yenni; cfr notam 3r ad epist. 2.

(5) De aëre nocivo in Valsainte in genere et imprimis pro salute P.is Czech in epistulis infra transcribendis pluries sermo erit. - P. Sabelli dicit P.em Czech « valetudine debili praeditum » (AG X A 5, 2).

Demum commendo tibi nostram Regulam et regularem observantiam, tam in tuis quam in tuorum subditorum actibus et moribus. Fac dictis, factis, ut omnia respondeant vitae Beati nostri Fundatoris Alphonsi de Li-gorio. Resplendeat praesertim zelus animarum, gloriae Dei dilatatio, humi-litas, et castitatis studium diligentissimum. Sic faciendo ad coronam per-venies, quam repromisit Deus diligentibus se.

Omnes interim Patres et Fratres nostros tecum peramanter amplector. Orare pro me precor, et omnibus benedictionem in Domino impertior.

Datum Nuceriae Paganorum Regni Neapolis,
postridie Kalendas Majas Anno D.ni 1823

Amantissimus in X^o Frater
Nicolaus Mansione SS. Redempt.
Rector Major

Inscriptio a tergo:

Admod. Rev.do Padri Rectori
P. Aloysio Czech Congr. SS. Redempt. (6).

Postquam P. Czech decisiones RM in epistula 2 V 1823 ei transmissas auctoritatibus ecclesiasticis et civilibus (die 25 V) notificaverat, variae peti-tiones RM porrectae sunt, eo fine ut revocarentur vel saltem earum executio ad tempus differretur:

1. - Die 29 V 1823 nomine Capituli Friburgensis missus fuit libellus sup-plex, quem subscripserunt « Le Prévôt-mitré de S. Nicolas, Tobie Nic. de Fivaz », et « Le Chanoine Montveillard, Secrétaire du Chapitre », in quo i.a. legitur: « Nous ne pourrions nous empêcher de vous faire nos do-léances contre une mesure aussi rigoureuse, qui nous priveroit d'un homme aussi utile que préteux, non seulement en qualité de Sous-Chantre, mais encore et surtout de prédicateur ». RM respondit, se facultate carere per-mittendi dimorationem et actuositatem P.is Czech extra communitatem, sed adiunxit: « J'ai résolu d'intervenir auprès du Souverain Pontif pour le pouvoir plus étendu, moyennant duquel, je puisse suspendre l'exécution de mes ordres ». - In AG X A 6 conservantur orig. epist. Capituli diei 29 V 1823, cum versione italica a P.e Sabelli confecta; adumbratio responsi in lingua italica a P.e Cocle exarata, et minuta responsi (sine diei indicatione) a P.e Sabelli scripta.

2. - Eodem die 29 V 1823 similes instantiae factae sunt a Concilio Muni-cipii de Fribourg, subscriptae a « Le Syndyc, Président du Conseil mu-nicipal, de Fégely », quibus RM respondit die 18 VII 1823, se decisionem suam quoad P.em Czech revocare non posse. Deinde addidit: « Si après ce fait [*l'impossibilité de laisser le P. Czech à Fribourg*], fut d'ailleurs jugé mieux à propos, de faire en sorte que nos RR. Pères se transportas-sent de la Valsainte en plein pays, situé sous le climat plus doux, d'où ils puissent commodement se rendre plus utiles par leur ministère sacré, soit aux villages, soit à la ville même, je n'y m'opposerois pas, pourvu que leurs fonctions ne fussent préjudiciables à leur vocation. Au contraire, j'appré-cierois d'abord une action de cette espèce comme l'effet d'une prédilection

(6) Inscriptio a RM Mansione m.p. apposita est.

toute spéciale envers ces RR. Pères, et comme le gage des faveurs les plus signalées envers moi ». - In AG X A 7 conservantur orig. epist. Municipii diei 29 V 1823, cum versione italica a P.e Sabelli confecta; adumbratio responsi in lingua italica a P.e Cocle exarata, et minuta responsi diei 18 VII 1823 a P.e Sabelli scripta.

3. - Die 30 V 1823 « Rector et Clerus Ecclesiae ad B.V. Mariam » epistulam miserunt, quam subscripserunt « Gottofrey, Rector, Cels. et Rev.mi Episc. Consiliarius Eccles. » et « Canonicus de Delley, Secretarius ». Transcribimus initium epistulae: « Aliquot adhinc annis Plur. Rev. P. Czech e Congreg. vestra subcantor est Ecclesiae collegiatae ac paroechialis ad S. Nicolaum; itidem ut primissarius, quin etiam ut capellanus Ecclesiae nostrae collegiatae ad Beat. Mariam Virg. hic Friburgi inservit. Quae officii sui erant, ita adamussim usque persolvit, ut et nobis et omni populo Dei apprime carus evaserit. Rem divinam animarumque salutem concionibus, hortamentis et confessionum auditionibus apud nos mire promovet. Hinc maximum nobis omnibusque Christi fidelibus moestitiae et afflictionis praebuere argumentum, quae a Paternitate vestra advenerunt litterae, mandantes, ut discederet a nobis sacerdos ille Friburgensibus adeo utilis, vix dixerimus necessarius ». - In AG X A 8 conservatur originale huius epistulae; minuta responsi non adest.

4. - Die 3 VI 1823 instantias fecit ipse episcopus; hanc epistulam nunc integram transscribimus.

16. - 1823 VI 3, Fribourg. - Exc. YENNI ad RM Mansionem. - Orig. (tantum subscriptio autographa; epist. scripta a Sor. Augustina, vide notam 3 ad epist. 24): AG X A 9.

Instat pro continuatione P.is Czech in suis laboribus magistri musicae et cappellani, necnon pro aliis PP.bus qui adiutorium praestant in parochiis, saltem suspensionem mandati temporalem petens.

Reverendissimo Padre, Padrone col.mo,

Il R. P. Czech, Rettore della Cong.ne del SS.mo Redentore della casa di Valle-Santa, abitante in questa città, mi ha dato comunicazione della lettera ultimamente ricevuta dalla P. V. Rev.ma coll'ordine di entrare nel detto monastero di Valle-Santa, di cui egli è il superiore, e di chiamarvi, nel tempo determinato, li Religiosi dispersi in questa diocesi, occupanti diversi posti con cura di anime (1).

Non posso non esprimere alla P. V. Rev.ma il rammarico, che ho sentito e sento in questa circostanza, lusingandomi che Ella avrà qualche riguardo alle mie osservazioni in proposito. Non cerco certamente di sottrarre li Religiosi all'ubbidienza dovuta ai loro superiori, né voglio contestare la necessità in generale, che quelli vivano ne' loro chiestri: in tutto ciò siamo, V. P. Rev.ma ed io, perfettamente d'accordo. Considerando per altro lo stato attuale delle cose in queste parti riguardo ai suoi Religiosi, una modificazione degli ordini dati ed una dilazione sembrano, se non necessarie, almeno assai opportune.

(1) Supra epist. 15.

Il P. Czech, non tanto come istruttore de' scolari corali e direttore dell'orchestra, ma molto più ancora come coadjutore del parroco primario di questa città nel predicare in questa chiesa principale, come confessore..... [5 *puncta*] farebbe, partendo di quà, un vacuo tale che non si potrebbe dargli un successore, e da ciò quante mormorazioni, che scandalo! Attesi questi motivi gravi, li nostri professori di teologia, Padri Gesuiti zelantissimi (2), hanno indotto il P. Czech a sospendere l'esecuzione degli ordini di V. P. Rev.ma, finché Ella, nuovamente informata e dopo aver fatto li più maturi riflessi, deciderà, come egli abbia da procedere. Dal canto mio ho approvato questa misura provvisoria, stimandola prudente.

Stante la penuria deplorabile di preti in questa mia diocesi, dove più parrocchie si ritrovano vacanti per mancanza di soggetti, se li Religiosi suoi, impiegati quà e là nella cura delle anime, tanto stimati, perché lavorano con moltissimo zelo e con frutto visibile, si ritirassero nella Valle-Santa, sarei per ora nell'impossibilità di supplire. Le scuole però, assai numerose da pochi anni, mi danno speranza di aver preti in numero bastante dopo 3 o 4 anni.

Onde è che prego istantemente V. P. Rev.ma a prender in considerazione questi bisogni della mia chiesa. Me lo riprometto, ricordandomi quello che più volte mi scrisse l'ottimo fù P. Clem. Mar. Hoffbauer, Vic. gen. della sua Cong.ne in Vienna, il quale mi affidava ogni sua autorità in queste parti (3), ben sicuro che non sarei per abusarne, come di fatti non vorrei servirmene *nisi ad aedificationem*. Me lo riprometto ancora dalle esibizioni graziose fattemi anche da V. P. Rev.ma (4). Essendo d'altronde la Cong.ne del SS.mo Redentore auxiliare del clero secolare nel sacro ministero, Ella può esser sicura che qui corrisponde a tal vocazione. Si deve finalmente dire che l'esecuzione rigorosa degli ordini di V. P. Rev.ma in queste congiunture non mancherebbe di render odiosa la Congregazione, la quale è assai rispettata dai buoni.

In attenzione de' suoi grati riscontri, le rinnovo la mia sincerissima stima e rispetto

di V. P. Rev.ma

umilissimo e devotissimo Servitore
+ Pietro Tobia, vescovo di Losanna e Ginevra

Friburgo nella Svizzera, 3 Giugno 1823.

Inscriptio a tergo:

Al Reverendissimo Padre, Padrone col.mo
Il P. Mansiono, Generale della Cong.ne del SS.mo Redentore
Roma - Napoli per Nocera

(2) In Collegio S.i Michaelis, Fribourg. Ibi Frat. cler. Schmitt lectionibus theologiae tunc vacavit; cfr notam 2 ad epist. 15.

(3) Refert Exc. Yenni ad enuntiationem S.i Clementis in epistula diei 20 II 1818: « Suscipe ergo Cels. Domine legationem auctoritatis meae in eos [*Congregatos in Valsainte*], quam Tibi committo per praesentes, nec non onus peramanter sustinendi vices absentiae meae super domum hanc ejusque individua in ea congregata, eaque sapientia tua Cels. Domine cuncta gubernes... » - MH XIII 303-304.

(4) Vide notam 3r ad epist. 2.

17. - 1823 VII 3, Wien. - VG PASSERAT ad RM Mansione. - Orig. (tantum subscriptio autographa; epist. scripta a P.e Libozky): AG Epistulae P.is Passerat I.

Sperat P.em Springer iam pervenisse, et includit epistulam pro eo. Petit annullationem assignationis P.is Czech ad Collegium Valsainte, quia aër ibi pro eo nocivus.

J.M.J.

Reverendissimo P. Rettore Maggiore!

Spero che il nostro P. Francesco Springer sia già arrivato al suo destino, ed abbia avuto l'onore di fare la personale conoscenza di V. P. Rev.ma; perciò prego di consegnargli l'acchiuso biglietto (1). Egli ha ricevuto da me l'ordine di dire e manifestare a V. P. Rev.ma tutti li miei difetti e mancamenti, com'anche di fare un esatto dettaglio del presente andamento della nostra Congregazione.

V. P. Rev.ma ha ordinato al P. Czech che vada a Valle-Santa; ma io so per esperienza che l'aria troppo fine gli sia al sommo nociva, perciò prego di ordinargli che resti piuttosto al suo luogo, perché a Valle-Santa egli fra breve troverebbe la sua morte.

Baciando le mani, e pregando d'impartirmi la santa benedizione, com'anche a' miei Confratelli, mi protesto

Di V. P. Rev.ma

u.mo dev.mo ob.mo servo e figlio
P. J. Passerat C.SS.R., V. g.

Vienna li 3 Luglio 1823.

P.S. Prego di scrivermi, se il nostro Proprium Sanctorum sia stato mutato, poiché non ho notizia certa; intanto recitiamo l'Officio come per l'avanti.

Inscriptio a tergo:

Al Reverendissimo Padre Padrone mio Colendissimo
Il P. Nicolò Mansione, Rettore Maggiore della Congr. del SS. Redentore
p. Napoli a Nocera de' Pagani

18. - [1823 VII 3, Wien]. - VG PASSERAT ad P.em Springer. - Excerptum in versione italica a P.e Springer m.p. pro RM exaratum: AG Epistulae P.is Passerat II.

Deest in AG epistula originalis, quam supponimus scriptam fuisse in lingua germanica (sicut infra epist. 28). Conservatur tantum excerptum in versione italica, a P.e Springer pro RM confectum, quod caret diei indicatione, nominis inscriptione, salutatione et subscriptione; forse ne quidem omnes notitiae folii originalis in excerpto exhibentur.

Haec epistula inclusa erat in litteris VG ad RM datis diei 3 VII 1823 (epist. praeedenti), ideo supponimus eam eodem die esse scriptam.

Putat derelinquendam esse foundationem in Valsainte. Querit notitias de Monialibus OSSR ad aggregandum conservatorium in Wien. Petit, ut pro sua infirma valetudine auctoritas Vicarii generalis in alium transferatur.

(1) Infra epist. 18.

Lett.^a del P. Passerat al P. Springer

Il Padre Czech ha ricevuto ordine dal Rev.mo Generale di lasciare Friburgo e di portarsi a Valle-Santa; ma io sono certo che là morirà. Già una volta ci è stato per quindici giorni, ma sono stato costretto di traslocarlo per motivo d'infermità accadutagli ivi. Le circostanze critiche non mi permettevano fare altrimenti che ho fatto, ma adesso sono del parere che si debba lasciare Valle-Santa, e di cercare di poter traslocare i Padri a Estavayer, dove fanno scuole, o al Collegio di Vienna e quello nella Francia; ma questo deve eseguirsi tempo a tempo, dovendosi avere riguardo alle presenti circostanze. Per lo spazio di venti anni ho dovuto girare con loro quà e là, senza trovare un luogo fisso (1), e per questo mi sembra essere giusto, di usare molto di condiscendenza e di dolcezza.

Il conservatorio di donzelle penitenti va in meglio di giorno in giorno. Ma fra queste, e specialmente quelle che hanno la cura di esse donzelle pentite, vogliono abbracciare lo stato religioso. Il nostro Beato ha fondato una Religione di Monache, con la quale potrebbero comunicare quelle di Vienna. Che cosa debbo fare? Quelle di Vienna si lusingano di potere essere Religiose dell'istesso Istituto; per non ingannarle ho bisogno di consiglio. Essendo approvata la nostra Congregazione, è forse approvata quella delle donne? (2). Qui non posso prendere consiglio da nessuno, giacché non vi è che sia abbastanza istruito su quest'affare.

La mia salute di giorno in giorno va a debilitarsi in maniera che sono incapace di occupazione alcuna. Appena sono nello stato di poter celebrare la Messa nella chiesa, e questi pochi versi, che al presente vi scrivo, mi recano un serio incommodo. E questo per ciò che riguarda il corpo; per quello poi che riguarda lo spirito, l'infermità è più grave. Io so bene che debbo ritenere il nome di Vicario Generale (3), ma non è possibile trasferire ad altra persona l'autorità? Maneggiate questo mio affare da sincero amico. Voi ben sapete che una volta si muore, ed è pericoloso di morire da Vicario Generale, in specie qui (in Austria).

19. - 1823 [aestate, Pagani]. - RM MANSIONE ad VG Passerat. - Minuta vel orig. (m.p. RM Mansione): AG IX C 45; edit.: *Spic. hist.* 2 (1954) 347.

Epistula scripta est, uti ex contextu apparet, paulo post adventum P.is Springer, qui circa medietatem mensis iulii in Pagani advenit (cfr *Spic. hist.* 2 [1954] 302).

Gaudet de adventu P.is Springer. Displacet studium nostrorum iuvenum in Universitate.

(1) A mense iunio 1803, quando P. Passerat iter ex Warszawa in Jestetten aggressus est (GIROUILLE 64), usque ad mensem octobrem 1820, quando a Valsainte (die 2 X; MH XV 98) in Wien profectus est, ubi die 20 X advenit (HOSP, *Erbe* 47), domicilium stabile pro se et suis non habuit.

(2) Die 8 VI 1750 Regulae et Constitutiones Monialium OSSR pro monasterio de Scala a Benedicto PP. XIV approbatae sunt. - Cfr *Spic. hist.* 3 (1955) 297-298.

(3) Propter Gubernium austriacum, a quo paulo ante P. Passerat ut « Superior supremus » agnitus erat. - Cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 206.

Molto Rev. P. Vicario

Giunse qui felicemente il nostro P. Francesco Springer, soggetto veramente di talento e di edificazione, che si ha cattivato la benevolenza di tutti; onde vi ringrazio di averlo mandato. Lo farò dimorare con noi per tutto il venturo inverno, per fargli vedere il modo, come si fanno le Missioni, e fra di tanto farò copiare le Costituzioni e Direttorj fatti dal nostro Beato nel Capitolo Generale del 1764 (1).

Mi vado adesso informando dal detto Padre di tutto ciò che si pratica in codesto collegio (2) da nostri Padri e Fratelli e Studenti; indi vi farò noti i miei sentimenti. Per ora vi dico solo che mi dispiace che i nostri giovani studenti sono obbligati di andare alli studij dell'Università; ma bisogna obbedire alle leggi del Sovrano. V. R. però non trascuri di destinare ad essi un Padre de' nostri per Lettore privato in collegio, acciò apprendano la sana dottrina.

Altro non mi occorre adesso. Saluto e benedico tutti. Mi raccomando alle orazioni vostre e di tutta la comunità, e resto abbracciando tutti in Corde Jesu

Di V. R.

Umilissimo Servo e Fratello in G.C.
Nicola Mansione del SS. Red.
Superiore Generale

20. - 1823 VIII 20, Fribourg. - RP CZECH ad RM Mansione. - Orig.: AG X A 10.

Rationem reddit de occupationibus suis et de suo modo agendi quoad mandata a RM ei transmissa, quorum executio ob diversas circumstantias dilata est secundum consilium episcopi et theologorum. Petit ultiores dispositiones. - Est responsum ad epistulam RM diei 2 V 1823 (supra epist. 15).

V. J. M. J. & B. Al.

Friburgi Helvetiorum, die 20 Augusti 1823

Reverendissime in Christo Pater!

Variis permotus rationibus ad ultimam ad me sub die 2 Maij directam epistolam (1) citius respondere haud e re judicavi; advenientibus vero modo litteris ad Cels. Episcopum (2), Ven. S. Nicolai Capitulum (3), civitatisque

(1) De Constitutionibus Capituli generalis an. 1764 cfr studia PP.um Gregorio, Telleria, Bernards in *Spic. hist.* 1 (1953) 119-168 et 2 (1954) 421-431. - De variis manuscriptis, quae P. Springer sibi comparavit, tempore suae commorationis in collegio de Pagani, cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 305-306 et 4 (1956) 25-26, 389.

(2) Collegium in Wien.

(1) Supra epist. 15.

(2) Textum primi responsi ad Exc. Yenni post eius epistulam diei 3 VI 1823 (supra epist. 16) in AG non invenimus; in ALO 8 notatur quod responsum una cum epistula conservabatur. - Vide secundum responsum diei 16 IX 1823, infra epist. 23.

(3) Adumbratio et minuta responsi ad Capitulum post eius epistulam diei 29 V 1823 conservantur in AG X A 6.

Gubernatores (4), diutius jam non differam, cum ex illis mihi persuasum fuit, Rev. mam Paternitatem Tuam circa quasdam circumstantias, e quibus ultiores dependent decisiones, non sat accurate, ne dicam false instructam fuisse. Ea proin utar libertate, ea loquar confidentia, qua filium ad patrem, qua subditum decet ad superiorem amantissimum. Quod si R. P. T., cognitis omnibus, suam immutare haud duxerit sententiam, me illi corde subijcio ac animo, eam quantum possibile ad unguem usque executurus.

Mandatum de petenda Valle-Sancta maximo omnium excipiebatur applausu. In ipso certa nobis effulgebat spes, post dispersionem adeo diuturnam nos denuo jungendi, communique contentione invigilandi Regulae nostrae observationi. Illa ipsa receptionis die officii mei dimissionem civitatis Gubernatoribus annunciai (5), indulgendo ipsis aliquas hebdomadas eum in finem, ut interea alium quendam huic muneri aptum inveniant, neque enim fieri potuit, ut eodem momento huc discederem, exponendo sex infantes in plateis publicis absque moderatore et victu; hac enim agendi ratione jure totam in me commovissem civitatem, in qua jam alias ob causas omnia susdeque vertebantur, humanaque divinis miscebantur, quorum causa licet innocenter in Episcopum totumque refundebatur clerum. Interim responso accepto ab urbis Gubernatoribus, se non posse ratam habere dimissionem meam, antequam supplices ad R. P. T. dedissent litteras, omnem moturi lapidem, ut aut revocationem mandati aut saltem discessus mei dilationem obtineant, cum adeo difficile sit, extemplo inveniri quemdam qui huic officio necessariis gaudeat talentis.

Inscius, num eorum desiderio salva conscientia acquiescere mihi liceat, rem totam Cels. Episcopo dijudicandam reliqui, quia una cum duobus SS. Theologiae Professoribus e Societate Jesu hanc tulere sententiam: me tuta conscientia non solum posse, sed teneri etiam expectare effectum litterarum, quas R. P. T. scripturi essent, cum illis R. P. T. appareat, Illam genuinum rerum statum ignorasse. Hinc, omnibus depulsis mentis anxietatibus, tranquillus permansi, ardentibus interim obsecrans Deum precibus, ut pro sua sapientia cuncta disponat, non nisi ipsius majorem respiciens gloriam et honorem. De cetero affirmare hic indubitanter audeo, quod ne minimum quidem in eorum concurrerim propositum, meque semper paratissimum fuisse, nulla habita ratione valetudinis meae, aliarumve circumstantiarum, debitam ad mortem usque praestare obedientiam.

Maximo sane tum tenebar desiderio, quam R. P. T. amplectura esset [*sic*]; sperabam ad summum, fore ut urbis Praepositis spatium trium aut quatuor mensium concedat, id quod forte suffecisset ad detegendum quempiam huic officio idoneum, ast illum hac in regione frustra quaesivissent. Quo minor autem spes videbatur, eo majorem mihi intulit R. P. T. responsio stuporem, quam sane dictaverat zelus pro Dei gloria proximique salute. Nihilominus aegre fero per illam expectationem conjunctionis no-

(4) Adumbratio et minuta responsi diei 18 VII 1823 ad Consilium Municipii post eius epistolam diei 29 V 1823 conservantur in AG X A 7.

(5) In epistula diei 25 V 1823, uti desumimus ex epistula Consilii Municipii ad RM diei 29 V 1823.

strae, haud longe distantis, denuo frustratam esse atque delusam. Adoro et in hoc divinae providentiae dispositionem, ejusque me humillime sub-jicio voluntati.

Cum autem R. P. T. plures apposuerit conditiones, sub quibus (prae-supposita nempe Summi Pontificis approbatione) nobis concedere velit adhuc per aliquos annos *in statu quo* permanere, quaedam Eidem ob oculos po-neri liceat, priusquam ultimam desuper emittat voluntatem. Imprimis pla-ne ignoro, quo modo R. P. T. gratitudinis exprimam sensus, quod me ab onere Rectoris, licet triennium a Regula praescriptum nondum effluxerit, liberare dignetur (6). Incapacitatis meae probè gnarus, non nisi vi obedien-tiae adactus, huic muneri subdidi colla. Nullam, ex eo quo nominatus fue-ram, Viennam scripsi epistulam, quin saltem implicite a R. P. Vicario Ge-nerali — licet frustra semper — hanc rogaverim gratiam. Nunc autem, adeo inopinate voti compos factus, maxima exulto laetitia, laudesque Deo repen-do sine intermissione. Ne autem R. P. T. credat, domum hucusque supe-riore ibi residente caruisse, animadvertere placeat, P. Franciscum Hoffbauer una cum R. P. Srna non multo post P. Sabelli discessum in monasterium reversos fuisse, quorum priorem dein Vice-Rectorem renunciaveram, cujus mihi potestatem fecerat R. P. Vic. Gen. intuitu habitualis absentiae meae (7). Statis sane temporibus monasterium adivi, ad majores res, si quae fuerint, componendas, relictis minoribus hujus Patris zelo ac prudentiae. Cum autem nunc de novo agatur superiore constituendo (ut sincere et pro meliore Con-gregationis bono loquar): optimum, immo maxime necessarium esset, ut aut ex Italia aut Vienna mittatur. Lubeat hac super re R. P. Sabelli consu-lere, qui R. P. T. aequè ac ego rationes exponere potest, quibus tale votum emittendo ducor.

Venio ad instructiones musicas. Verum est, me docere musicam puel-lam et quidem gratis. Cum autem in choro cantet ac claustra ingressura sit, ejusque pater ob familiam valde numerosam non habeat, unde aut dotem solvere aut eidem musices instructorem comparare queat, haud regulis con-travenire credidi, aperiendo illi per has instructiones portam monasterii, eo quod hujus artis cognitio dotis locum teneat, ac egometipse musicae debeam statum meum (8). Praeterea aliquibus per hebdomadam vicibus adeo Dominum nobilissimum, simulque spectatae probitatis ejus filias in-structurus, ubi hinc inde alia adhuc convenit infans octo aut novem anno-rum. Has autem instructiones tradidi hucusque cum expressa approbatione R. P. Vicarii Generalis. Tandem semel per hebdomadam accedo monaste-rium monialium, quae id a me iteratis efflagitavere precibus, nolentes ad-mittere saecularem. Licet autem hicce loci nihil novi sit invenire clericos

(6) Exemptio a munere Rectoris, sicut et aliae notitiae de ulterioribus dispositionibus RM, P.i Czech innouerunt, ut supponimus, ex epistula RM ad Exc. Yenni, cuius textus nobis praesto non est. Directe P.i Czech notificatae sunt tantum in epistula diei 10 IX 1823 (infra epist. 21).

(7) Vide apud LANDTWING 126 tabulam Rectorum et Vice-Rectorum domus in Valsainte.

(8) Cfr LANDTWING 98.

aut sacerdotes, qui instruant puellas, attamen, si quid minus honestum aut statui meo indignum videatur, lubens omnibus remittam nuncium.

Est adhuc et alia occasio, in qua hucusque utilem me exhibui juventuti. Conveniunt certo hebdomadis die, tempore tantum hiemis, adolescentes cum adultis, sese in hac arte exercentes. Cum deesset, qui illos dirigat, ut id in me susciperem postulavere. Nullus omnino dubitavi, me illorum posse consentire voto, praecipue cum videam, quod per talem conventum saepe a pravis retrahantur societatibus, et aliunde tempus honestae impendant occupationi aut recreationi, quod alias forte in cauponis aut actionibus insumerent peccaminosis. Interrogati desuper Rev. ac Cels. Episcopus ut et R. P. Vic. Gen., eandem protulere sententiam. — Nollem autem, ut R. P. T. credat, me hic agere musices patronum, meque maximam diei partem cum illa protrahere. Affirmare in conscientia audeo, me saepe dies integras transigere, quin tangam instrumentum, ac generaliter ita comparatum esse, ut valde indifferens sim quoad me ipsum erga illam.

Illud autem maximo mihi dolori fuit, quod R. P. T. in epistola ad Cels. Episcopum mihi defendit (9) facere musicam in theatro, quasi vero unquam eo devenerim, ut clericalis ac religiosi status oblitus, illum hoc modo vilipendissem. Haec defensio sane accusationi inniti debet, sed qua fronte quis talia R. P. T. referre ausit, nescio, praecipue cum Friburgi nullum hucusque extiterit theatrum.

Dubium mihi restat, num mandatum de non habendis mulierculis procuranda re domestica etiam meam respiciat domum. Cum enim ea de re nulla fiat mentio neque in epistola ad Capitulum S. Nicolai, neque in illa ad urbis Praepositos, praesumere licuit, R. P. T. in hoc punto mihi plus indulsisse quam ceteris. Et revera, quotidie ad minimum decem accumbimus mensae, sex infantium omnimoda mihi incumbit educationis tum physicae tum moralis cura, rerum domesticarum sollicitudo, quam totaliter domesticis relinquere teneor, mille alia negotia, saepe non praevisa, catecheses, sermones etc. etc.; haec omnia tempus meum absorbent. Nulla mihi spes arridet, Fratrem e Congr. habendi, cum eorum definitus sit numerus nec monasterii oneribus sufficiens; saecularem autem invenire, qui omnibus his par sit, ad modum difficile, ne dicam impossibile erit. Solus si essem, victum alio [loco] sumerem, nec opus haberem alterius personae, nunc autem talibus indigeo, qui probe quoad omnia instructi sunt, ne eisdem denuo immergar aerumnis ac persecutionibus, quibus anno elapso oppressus fui. Promitto equidem, me, cognita voluntate R. P. T. nihil non acturum, ut me illi conformem; nollem tamen affirmare, conatum meum felicem obtenturum effectum.

Restat ut humiliter interrogem R.P.T., num Mag. Martinus Schmid (10), qui hoc anno mecum Friburgi habitavit ac theologiam in Collegio PP. Soc. Jesu audivit, adhuc proximo anno apud me manere possit. Duplicem ob

(9) *Defendere* (paulo inferius *defensio*): vetare, interdicere; ob similitudinem cum vocibus francogallicis *défendre*, *défense*.

(10) Notitiae biographicae P. is Schmitt (1804-1851) in *Spic. hist.* 2 (1954) 271 n. 146; cfr *Chronica abbrev. Prov. Gall.-Helv.* 560-562.

causam id desidero: ut scilicet semper mecum habeam testem rationis agendae meae, et ut cursum theologiae in scholis publicis continuat, deficientibus professoribus necessariis in Valle-Sancta. Dignetur mihi R. P. T. sententiam suam manifestare.

Tandem R. P. T. refero, me fideliter adimplevisse omnia, quae mihi demandata fuerunt circa Confratres in Vallesia adhuc existentes. Post duplices et ad Cels. Episcopum Sedunensem (11) et ad illos litteras, non nisi unus P. Anselmus Brenzinger (12) respondit, qui quamvis paratus sit reverti in monasterium, eo fine ut secundum regulas dispensationem votorum suorum petat, humiliter tamen obsecrat R. P. T., ut ipsi liceat ex loco, quem actualiter inhabitat, rationes suas exponere. Infirmi sunt omnia, quae de invaliditate eorum affert in medium, ideoque supplico, ut posito quod R. P. T. ipsi suam concedat petitionem, mihi tradenda sit, eum in finem, ut falsa et dubia veritatis luce illustrem. De ceteris etiam quid faciendum, mihi, aut potius successori meo, regulam tradendam rogo atque obtestor.

Audeo adhuc in memoriam revocare R. P. T. dubia proposita circa nostrum Breviarium (13). A longo jam tempore desideravi, ut exemplar Regulae, quam habent nostri in Italia, nobis mittatur, simulque ut R. P. Sabelli aut alius Confrater nobis inscribat ordinem omnium, quae et qua ratione explentur, ut secundum domum maternam aliae quoque formentur ac instituantur (14).

Cum epistula jam nimium excreverit, finem imponere necesse est. Dignetur R. P. T. haec omnia, eo quo scripta sunt, submissionis ac filialis respectus sensu perlegere, nihilque eorum in malam accipere partem.

Me ipsum Confratresque meos precibus R. P. T. aliorumque Confratrum commendo, ac osculando pedes R. P. T., suamque enixe flagitans benedictionem, permaneo in SS. Cordibus Jesu et Mariae

Reverendissime in Christo Pater

Filius obedientissimus

Aloysius Czech Congr. SS. Redempt.

21. - 1823 IX 10, [Pagani]. - RM MANSIONE ad P.em Czech. - Minuta (a Desiderio Mennone, Consultore gen. Secretario, exarata): AG X A 11.

Concedit P.i Czech et Patribus in paroeciis expositis licentiam ad tempus commorandi extra claustra secundum indultum S. Sedis, epistulae adnexum. P. Biedrzycki nominatur novus Rector domus in Valsainte.

(11) Exc. Augustinus Sulpicius Zen Ruffinen (1767-1829), ordinarius dioec. de Sion ab an. 1817.

(12) Paulo post P. Brenzinger dispensationem votorum obtinuit et die 15 VI 1824 parochus in Turtmann nominatus est, ubi die 9 X 1860 e vita cessit. - Cfr MH XIII 147 n. 4.

(13) Haec dubia P. Czech proposuit in epistula diei 2 XII 1822 (ALO 7), quam non invenimus. Cfr supra epist. 6 et 9.

(14) Hoc fere tempore a P.e Springer ordo domus in Pagani accurate descriptus est in utilitatem Confratrum Transalp. - Cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 295 ss.

Rev.do Patri Aloysio Czech, Rectori Vallis-Sanctae in Friburgo,
sub die 10 Sept. 1823 (1)

Admodum Rev.de Pater Rector

Juxta quod aliis meis litteris significavi Tibi (2), obsequens instantibus epistolis huiusce Excellentissimi et R.mi Episcopi, Gubernii, et Capituli, supplicationes meas Pontificio Trono porrexi, quibus super munus tuum directoris musices et aliorum Patrum curandi et regendi paroecias, per quatuor tantum annos, dispensandi a nostra Regula, humiliter postulavi. Per Congregationem Episcoporum et Regularium Sanctitas Sua benigne annuit; en hic inclusum exemplar conforme tam supplicis libelli quam Pontificii Rescripti (3). Verum hac facultate expresse jubetur tam Tibi, quam aliis Patribus expositis in paroeciis, semper habitum nostrae Congregationis deferre et abstinere a negotiis saecularibus.

Igitur hanc pontificiam et nostram jussionem significabis nostris Congregatis, ut ita vivatis et vestiatis, quomodo decor et canones exigere intelligitis. Tibi autem absolute prohibemus, sicut alias scripsi (4), tradere nempe lectiones musices feminis, nec in domibus particularibus, | nec in publicis spectaculis | (5), sed tantum viris ecclesiasticis ad domus Dei decorem, et concentum et sonum regere tantum in ecclesiis permitto. | Curabis etiam quod nostri quoque adolescentes, qui tecum sunt, vestibus nostrae Congregationis semper induti incedant, et virtutem, decorem, spiritumque B. nostri Fundatoris in omnibus praeseferant | (6).

Quoniam vero, sicut aliquando me scripsisse recordor (7), non amplius decens est, Te absentem tamquam Rectorem gubernare Domum Vallis-Sanctae, ideo de consilio meorum Consultorum Generalium (8) statuo et eligo Rectorem dictae nostrae domus Adm. Rev. Patrem nostrum D. Joannem Biedrzycki (9), Polonum, qui nunc Staviaci moratur, cum omnibus facultatibus ordinariis et Rectoribus convenientibus, nempe regendi, jubendi et gubernandi suos subditos; sed usquedum praedictus novus Rector possessionem capiat in Valle-Sancta sui rectoratus, in tuis facultatibus Rectoris Tu perdurabis.

Fac igitur statim certiozem dictum Patrem de hac sua electione, ut quam citius redeat Vallem-Sanctam ad gubernandam creditam sibi domum

(1) Haec inscriptio a P.e Sabelli est apposita.

(2) Epistula RM ad P.em Czech, haec notitiam ei communicans, nobis non est conservata, nec notatur in ALO 8. Probabiliter hic intenditur responsum RM ad Exc. Yenni; cfr notam 6 ad epist. 20.

(3) Rescriptum diei 7 VIII 1823 post hanc epistulam transscribimus.

(4) Cfr notam 2.

(5) Verba lineis erectis inclusa linea deleta sunt.

(6) Verba lineis erectis inclusa linea deleta sunt.

(7) In epistula diei 2 V 1823; supra epist. 15.

(8) In *Libro delle Consulte generali, 1783-1859* hanc deliberationem et nominationem non invenimus.

(9) P. Biedrzycki in epistulis diei 14 X et 27 X 1823 difficultates contra suam electionem movit, sicut et VG Passerat in epistula diei 24 XI 1823; VG Di Paola eam tamen confirmavit. - Vide infra epist. 24-26 et 29.

et familiam, | et interim mittat Staviacum alium Patrem, sibi substitutum, usque ad finem promissi triennii | (10). Sic facies etiam cum aliis Patribus et Fratribus, significans eis hanc meam mentem et electionem, ut omnes recognoscant Rectorem suum; et insuper eidem novi Rectori notas fac omnes meas resolutiones et determinationes, quas in ista et aliis meis litteris Tibi reseravi, eademque etiam quas Rev.mo Episcopo humiliter communicavi. Demum Ill.mis Gubernii Rectoribus praedictum Pontificium Rescriptum, novamque Rectoris electionem, et meum obsequium praesentabis.

Inter haec Te, tuosque omnes Fratres peramanter amplector et benedictionem adprecor a Domino.

Die 18 VII 1823 RM suo Vice-Procuratori generali, P.i Iosepho Mautone (11), instruxerat, ut supplicationem pro Patribus in Helvetia expositis S. Congr. EE.RR. porrigeret; quod ille fecit et rogatu S. Congreg. die 25 VII votum suum adiunxit, sicuti desumimus ex epistula P.is Mautone ad RM diei 28 VII 1823, cuius originale conservatur in AG VI B 19 1, ubi etiam copia voti.

Rescriptum Pontificium diei 7 VIII 1823 (12)

Beatissimo Padre

Il Superiore G.le della Congregazione del SS.mo Redentore supplicando divotamente espone alla S. V., che avendo rilevato gli abusi e le novità esistenti nella nostra casa di Friburgo nella Svizzera, nella quale quasi tutt'i soggetti sacerdoti esercitano cura di anime, come veri parrochi o economi curati, e taluno di essi la carica di maestro di cappella di musica, vivendo abitualmente fuori di casa, con manifesto detrimento della regolare osservanza ed aperta alterazione del nostro Istituto, col consiglio e parere dei suoi Consultori ha creduto di dovere richiamare tutti quei soggetti alla loro residenza e vietargli l'esercizio delle anzidette cure ed uffizj contrarj chiaramente alle nostre Regole (13). Ma perché quel Vescovo, unito al Capitolo e Consiglio Municipale, con nuove rimostranze (14) li hanno fatto conoscere la necessità, che hanno dei detti Padri per le cure ed uffizj anzidetti, almeno per altri quattro anni, supplica perciò l'Oratore la S. V. che, qualora lo creda espediente, lo munisca delle debite facultà per poter dispensare a questi punti interessanti di Regola, per tutto il detto tempo di quattro anni, sino a tanto che si provvederanno di altri soggetti per rimpiazzarne i Congregati. E l'avrà ecc.

Sacra Congregatio Em.morum et R.morum S. R. C. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, attenta relatione P. Vice-Procuratoris Generalis, vigore facultatum a SS.mo Do-

(10) Verba lineis erectis inclusa linea deleta sunt.

(11) Notitiae biographicae P.is MAUTONE in *Spic. hist.* 2 (1954) 260 n. 106. - A die 10 XI 1822 astitit P.i Giattini in officiis Procuratoris generalis; cfr *Spic. hist.* 8 (1960) 60.

(12) Copia: Arch. Prov. Lugdunensis A I 3; photocopia: AG X A 11.

(13) Supra epist. 15.

(14) Supra epist. 16.

mino nostro specialiter concessarum, benigne commisit P. Rectori Majori cum suis Consultoribus, ut veris existentibus narratis, pro suo arbitrio et conscientia indulgeat pro facultate enunciatis Religiosis manendi extra claustra ad effectum de quo in precibus ad quadriennium tantum et durante eorum munere, dummodo religiosum habitum retineant, obedientiae sui Superioris subiecti sint, a negociis saecularibus se abstineant, et nil per praesens Indultum relaxatum remaneat a regulari observantia compatibili cum enunciatis muneribus.

Romae, 7 Augusti 1823.

Adest sigillum

B. Cardinalis Pacca, Praefectus
C. Archiep. Calced., Secretarius

E' conforme al suo originale (15).

Nicola Mansioni
Rettore Maggiore della Congreg. del SS. Red. (16)
Desiderio Mennone del SS. Red.
Consultore e Segretario Gen.le (17).

22. - 1823 IX 12, [Pagani]. - RM MANSIONE ad P.em Czech. - Minuta (scripta a P.e Sabelli): AG X A 12.

Explicat et confirmat praecepta pro vita in Fribourg, de schola musicae et de famulatu. Ne aegre ferat depositionem a rectoratu collegii in Val-sainte. - Est responsum ad epist. P.is Czech diei 20 VIII 1823 (supra epist. 20).

Rev.do Patri Aloysio Czech, Rectori Vallis-Sanctae in Friburgo,
sub die 12 Sept. 1823.

Adm. Rev.de Pater Rector!

Praemissis jam expeditis (1), prius ac postae traderentur, litterae tuae dd. 20 mensis proxime elapsi mihi pervenerunt (2); hisce praemissis, ne litteras multiplicem et Tu responsum habeas, sequentia annecto:

Notum Tibi facio, quam grata mihi fuit, mihique plene satisfacit tua sinceritas et confidentia tua, qua exponis indifferentiam tuam et submissionem in determinationes, quas inspirante prudentia et cura officii mei, auditis praevis instantiis R.mi D.ni Ep.pi, R.mi Capituli, et Ill.mi Consilii Municipalis Friburgensis, ratas habuero. En Vobis id quod desideratis, nempe Rescriptum Pontificium, sed iis conditionibus cautum, quas ego necessarias

(15) Haec verba a Cons. gen. Secr. Mennone m.p scripta sunt.

(16) Subscriptio a RM Mansioni m.p. apposita est.

(17) Subscriptio a CG Mennone m.p. apposita est.

(1) Supra epist. 21.

(2) Supra epist. 20.

existimavi, non solummodo ad decorem Instituti et vestri, verum etiam ad exemplum aliorum.

Quod vero instructiones spectat in musica, non recordor menti meae unquam occurrisse, quod Rev.tia Tua aliquandiu ausa fuisset dirigere musicam in theatro; aliud est quod reperies, si hac super re examinare velis litteras meas, scilicet: me actu interdixisse Tibi instruere in musica personas alterius sexus, et maxime illas personas, quarum intentionem praevideas esse, abutendi ejusmodi scientia in lusu theatri; et hoc ad non cooperandum licet indirecte huic arti, quae, prout nosti, tantopere sit periculosa et character christiano plane indigna. Istud idem est, quod reperitur in copia litterarum mearum, conservata in hujate archivo.

Quod autem Novitium Martinum Schmidt (3) attinet, permitto ut comoretur Tecum etiam anno proximo, eo quod aspiret ad studia theologica. Tu vero invigilabis, ne ullam ineat confidentiam et familiaritatem cum tuis discipulis in musica, et profiteatur in quantum fieri potest vitam Novitii Cong.nis SS.mi Redemptoris, et operam det exercitiis Instituti nostri propriis, apprime adaptatis ad fovendam devotionem et ad consolidandam virtutem.

Stante porro necessitate habendi ancillam in famulatu, quae capax sit gerendi curam numerosae familiae tuae; dummodo sit aetate provecta et bonae famae, eam talem, sed unam solummodo. ut habeas Tibi permitto; haec poterit obire cuncta officia servilia sexui suo propria. Pro officiis vero concernentibus famulatum proximiorum circa propriam personam tum Rev.tiae Tuae, tum convictorum tuorum, optarem ut Tibi accerseres unum de septem Fratribus laicis Cong.nis nostrae ex Valle-Sancta, quem devotione et recollectione, ceteris paribus, magis conspicuum esse noveris. Si vero nec iste Tibi satisfacere quiverit, assume pro his officiis aliquem saecularem ex viris Tibi bene notis. Et in ultimo casu, quo absolute altera adhuc ancilla indigeas, sit denique etiam haec Tibi concessa, dummodo pari qualitate personam eligas, id est: maturae aetatis et in pietate fundatam.

Porro, ex eo quod ego de consilio Consultorum meorum Gen.lium novum elegerim Rectorem, nec minimum quidquam injuriosum erga Te deprehendas velim. Id unice factum est, ut Vallem-Sanctam de bono regimine provideam, cum persuasus sim, Te, tantis curis implicatum, ad eam perfecte regendam attendere non posse. - Utinam Rev.tia Tua quantocius e tantis curis sese expedire possit, ut ego pro benevolentia mea erga Te et aestimatione singulari quam erga Te foveo, huic Communitati Vallis-Sanctae secundum spiritum Instituti nostri Te utilem reddere valeam; id enim maxime mihi cordi esse, minime dubites.

Denique pro certo habeas, me ideo non transmisisse Vobis exemplaria Regularum et Constitutionum, nec Directorii omnium Offici[or]um nostrorum, quod idiomate italiano, Vobis non admodum familiari, concepta sint;

(3) Martinus Schmitt vota emisit die 8 XI 1822 Fribourg. - Cat. X 4 n. 28.

verumtamen solidata quam primum fuerit destinatio vestra, operam dabo, ut haec omnia pro commoditate vestra latinitate donentur.

Dum novo iterum fervore ac devotione consimili, omnium affluentiam benedictionum et prosperitatum et omne donum perfectum Tibi, tuisque Fratribus adprecor a Patre luminum, permaneo in dilectione corde perfecto

Reverentiae Tuae

N.N. affectione totus

23. - 1823 IX 16, Pagani. - RM MANSIONE ad Exc. Yenni. - Orig. (tantum subscriptio autographa): Arch. Curiae-Fribourg; photocopia: AG X A 12a.

Transmittit Rescriptum Pontificium diei 7 VIII 1823, vi cuius Patribus per alios 4 annos in paroeciis remanere permittitur. P. Biedrzycki nominatus est novus Rector domus in Valsainte in substitutione P. is Czech. - Est secundum responsum ad epist. Exc. Yenni diei 3 VI 1823 (supra epist. 16).

Eccellenza Reverendissima

Nell'ultima mia umilissima (1) ebbi l'onore di significare a V. E. R.ma, che avrei supplicato il S. Padre di dispensare per quattro anni sulla nostra Regola, riguardo a cotesti nostri Padri esposti nelle cure delle parrocchie rurali, ed al P. Czech, Rettore di Valle-Santa, per proseguire l'impiego di direttore di musica in Friburgo. In effetti io già supplicai, e' l S. Padre, prima di salirsene al cielo (2), per mezzo della Congregazione de' Vescovi e Regolari mi accordò la facoltà, di cui acchiudo a V. E. R.ma una copia del Rescritto e della Supplica (3). Da essa rileverà Ella, che possono i nostri Padri proseguire a reggere le parrocchie e' l P. Czech la musica, solo per altri quattro anni; ma coll'espressa condizione, che debbano sempre vestire l'abito del nostro Istituto e che si astengano da tutti i negozj secolari incompatibili con la nostra Regola. Io prego V. E. R.ma di far sentire ad essi queste pontificie e mie determinazioni, affinché si conservi, per quanto si può, la regolare osservanza, ed io non meriti rimproveri e condanna innanzi a Dio nell'esercizio della mia carica.

Nel tempo stesso prevengo V. E. R.ma, che debbo amuovere il P. Czech da Rettore della nostra casa di Valle-Santa, siccome significai con altra mia. Il Rettore deve risiedere in sua casa, altrimenti come può governarla, stando sempre da lontano? Dunque ad ora col consiglio dei miei Consulitori destino ed eleggo per Rettore della casa il P. D. Giovanni Biedrzycki, Polacco, che sta attualmente a Estavayer; ed uno dei due Padri, che sono in Valle-Santa, può andare a supplire le sue parti, o altro che si stima idoneo.

(1) Hoc primum responsum ad epist. Exc. Yenni diei 3 VI 1823 nos latet (vide notam 2 ad epist. 20).

(2) Pius PP. VII, † 20 VIII 1823.

(3) Rescriptum diei 7 VIII 1823 transcriptum est supra post epist. 21.

Prego inoltre la di Lei bontà e giustizia, a non impiegare in cure parrocchiali altri Padri di più di quelli che sono attualmente impiegati; giacché il Rescritto Pontificio riguarda lo stato presente, non già il futuro e' possibile. Sicché nel ritorno, che faranno fra mesi i Padri dimoranti in Estavayer, io non posso permettere, che s'impieghino in altre cure o officj fuori della Congregazione; purché non si stimi di fare qualche cambio e dar riposo ai primi con far succedere i secondi, fino al termine dei quattro anni indicati.

Gradisca infine V. E. R.ma i sentimenti della mia servitù ed attaccamento. Fin dove io posso e la coscienza mi permette, io non negherò mai di prestarmi a' di Lei riveriti comandi. Con tal protesta, facendole profonda riverenza, mi do l'onore di confermarmi

Di V. E. R.ma

umilissimo, devotissimo servitore vero obbedientissimo
Nicola Mansionone della Cong. del SS. Red.
Sup. G.le

Nocera dei Pagani, 16 Settembre 1823

A S. E. R.ma

Monsignor Vesc. di Losanna, Ginevra e Friburgo

Inscriptio a tergo:

A Sua Ecc.za R.ma
Mons. Vescovo di Losanna.
Roma, Milano, Vevey

per Friburgo in Svizzera.

24. - 1823 X 14, Fribourg. - RP BIEDZYCKI ad RM Mansionone. - Orig.:
AG X A 14.

Incapacitatem suam exponit ad munus Rectoris in Valsainte suscipiendum, propter defectum scientiae, quia nunquam studiis ecclesiasticis debito modo vacavit.

J. M. J.

Reverendissime Pater!

Cum nemini ignotum sit, individuum quod locum Rectoris etiam localis teneat, omnibus instructum esse oportere qualitatibus ad id muneris requisitis, praesertim cum ab his pendeant commoda aut incommoda pro subditis inde secutura, totaque ratio in iis maxime posita sit, ut sciat quid, quomodo et cui proferat, certum est haec omnia spectare ad prudentiam et quidem non qualemcumque nec prudentiam hujus saeculi, sed prudentiam vere christianam. Verum enimvero, cum prudentia haec necessario nitatur principiis scientiae illimitatae, quibus deficientibus, omnem prudentiam apparentem ruere necessum sit; his itaque positus, dico me ad obeunda Rectoris munia omnino inhabilem.

Notum profecto est R. Patri Sabelli, in actu ingressus in Congregationem me non imbutum fuisse scientiis, quas requirunt Constitutiones et Regulae Congregationis, nam sex ab ingressu in Congregationem vix evolutis

mensibus jam ad presbyterum promotus fui, quin sciam regulas latinitatis, uti facile concludi potest ex mea praesenti epistola (1). De praeceptis vero rhetorices nulla deinceps fuit quaestio, quorum tamen notitiam in ceteris omnibus maxime juvare nemo non videt. Nihil dico de philosophia; hanc enim nec a longe quidem salutare mihi permissum est. Statim ac sacerdote initiatus, et quin habeam notitiam saltem principiorum generalium theologiae cum dogmaticae tum moralis (nam de jure canonico nulla tunc fuit mentio), munus confessarii exercere jam coactus fui praecepto R. P. Hoffbauer, Vicarii Generalis tunc locum tenentis (2).

Successu temporis persecutionum calamitatibus oppresso, per regiones erranti nec tempus nec locus nec occasio favere ad comparanda seu potius supplenda, quae generaliter loquendo in sacerdote supposita creduntur. Nactus deinde moram quietam, praesertim cum essemus in Vallesia, instabam quam maxime petitionibus etiam importunis apud R. P. Passerat, tunc temporis Rectorem localem, ut me saltem magis necessariis imbui sinat. Ille vero, nescio qua ductus persuasione, adjecta etiam poena suspensionis ni desistam a proposito, ad solam me discendam obstrinxit moralem, in qua obviantium difficultatum pertaesus, nec valens ulterius progredi, non nisi taedia reportavi devorantia, quae nullo nunc vel apparenti emolumento sublevari videntur.

Instructus hebdomada elapsa de voluntate Rev.mae Paternitatis Tuae, Friburgum me conferre non distuli, ubi, crescentibus in dies gravatus oneribus, vix oculos in caelum attollere, eumque gemitibus fatigare valeo. Hinc sole clarius, quid inde sequeretur, si vel per aliquot menses agam Rectorem Vallis-Sanctae. His ita expositis, nullus dubito, imo maxima fretus fiducia expecto, alium me digniorem suffectum iri. Sed cum ceteri Confratres Vallis-Sanctae eodem omnes laborent scientiae defectu (excepto R. P. Czech, qui ex professo studiis vacavit) convenientius esset, si aliquis Patrum vel ex Italia vel ex Germania huiuc succurrat defectui. De cetero si ita placet R.mae Paternitati Suae (et de hoc maximum mihi est dubium), ut huic muneri addictus maneam, minime recuso me submittere, simulque spero mihi suam paternam benedictionem non defuturam.

Quidem Pater ex Congregatione, valetudine sat infirma, spem maximam collocans in precibus Beati Patris Nostri Alphonsi, humillime supplicat Rev.mae Paternitati Suae, ut in honorem ejusdem Beati ad suum sepulchrum novenam a Nostris fieri commendare dignetur.

R. Pater Czech, non intellecto praecepto Rev.mae Paternitatis Suae de instruendis personis alterius sexus super artem musices, petit ab Eadem, utrum praeceptum hoc extendatur etiam ad puellas dotis penuriâ laborantes, quae tamen non nisi hac via ingressum sibi in monasterium aperire

(1) P. Biedrzycki hic nimia humilitate loqui videtur; docebat linguam latinam in Estavayer (AG X A 5, 2). - Quaedam levia menda orthographiae in hac et sequenti epistula transscribendo correximus.

(2) In statu personali a P.e Sabelli composito (AG X A 5, 2) P. Biedrzycki dicitur « scientiis pollens sufficientibus », et in alio documento (AG X A 13) legitur: « Possiede le scienze necessarie ».

desiderant. Item, an dictum praeceptum comprehendat etiam Moniales, quas usque ad tempus prohibitionis docebat musices artem, nam ceteras dimisit omnes (3).

Certa fretus fiducia, meas repraesentationes non casso abituras, ac simul me commendans benevolentiae orationibusque, sum profundissima cum veneratione

Rev.mae Paternitatis Suae.

humillimus et obsequiosissimus filius
P. Joannes Biedrzycki
Congreg. SS. Redemptoris Sacerdos.

Friburgi in Helvetia, die 14 Octob. 1823.

PS. Rogo etiam Rev.mam Paternitatem Suam, quid agendum sit cum iis, qui tum in Vallesia tum in Germania expositi sunt, casu quo in Vallem-Sanctam venire nolint.

Inscriptio a tergo:

Al Reverendissimo Padre D. Nicolao Mansiono
Superiore Generale della Congregazione del SS.mo Redentore
Roma - Napoli per Nocera

25. - 1823 X 27, Estavayer-le-Lac. - RP BIEDRZYCKI ad RM Mansiono. - Orig. AG X A 15.

Exponit alium impedimentum nominationis suae in Rectorem Collegii Valsainte, quod nempe ob conventionem cum Municipio ex Estavayer discedere nequit.

Reverendissime Pater!

Perplexus, nescio quo fato inimico lumina stillantia, et fere vix respirandi capax, non valui ponere metam dolori, quam in me effuderunt litterae datae ad R. Patrem Czech (1), me admonentes electionis ad rectoratum Vallis-Sanctae. In prima mea responsione (2) oblitus circumstantiarum magni momenti, quibus impediatur adire Vallem-Sanctam — conclusae nempe Staviacum ad Lacum inter et R. P. Passerat conventionis (3), cujus articuli quarti tenore obstrictus maneo non disce[de]ndi ante triennium evolutum, cum vix duo elapsi sint anni —, hinc occasionem nactus Rev.mam Paternitatem S. reddo certiore, me hoc anno Staviaco discedere non posse, praesertim cum nemo sit e nostris, qui in locum mei suffici valeat ob defectum linguae gallicae — nam R. P. Srna, quem forse R. P. Sabellj supposuit, qua procurator Vallis-Sanctae eandem nullo modo potest deserere,

(3) Conservatur in AG X A 17 epistula diei 6 IV 1824 a « Suor Augustina, Superiora indegna del Monastero delle Cappuccine di Montorge, Friburgo » ad VG Di Paola, scripta, in qua supplicat, ut P.i Czech detur licentia continuandi lectiones musicae in conventu.

(1) Supra epist. 21 et 22.

(2) Supra epist. 24.

(3) Copia huius conventionis diei 16 VI 1820 huic epistulae est allegata. - AG X A 15.

quia R. P. Sebastianus [Heberle], olim procurator, dimissionem suam jam obtinuit a R. P. Passerat, in cuius locum successit dictus Pater Srna (4) —, et cum Magistratus Staviensis quemque alium nostrae Congregationi extraneum repudiat, nec me dimittere velit, quin alius e Congregatione meo munere fungatur (5).

Humillime itaque supplico Rev.mae Paternitati S., ut huic defectui alia via occurrere dignetur, vel alium eligendo vel mihi Vice-Rectorem assignando, qui me repraesentet in Valle-Sancta per decursum hujus anni. In Valle-Sancta tres adsunt Patres, perpetuo ibi commorantes: R. P. Joannes Appenzeller, R. P. Franciscus Hofbauer, et R. P. Sebastianus Heberle, quos optime noscit R. P. Sabellj.

Expositis hisce rationibus spero fore, ut Rev.ma Paternitas S. ignoscat non reluctationi, cum nulla intersit, sed inculpabili tarditati meae in exequendis mandatis.

Me commendans in omnibus orationibus, sum perquam profundissima cum veneratione

Rev.mae Paternitatis S.

humillimus et obedientissimus filius
P. Joannes Biedrzycki
Congr. SS. Red. Sacerdos indignus

Staviaci ad Lacum, 27 8bris 1823.

Inscriptio a tergo:

Al Reverendissimo Padre D. Nicolao Mansiono
Superiore Generale della Congregazione del SS.mo Redentore

26. - 1823 XI 24, Wien. - VG PASSERAT ad RM Mansiono. - Orig. (tantum subscriptio autographa; epist. scripta a P.e Libozky): AG Epistulae P.is Passerat I; edit. (excerptum de Polonia): MH IX 353-354.

De nova fundatione in Estavayer, ubi scholae habendae sunt. De nominatione P.is Biedrzycki Rectoris, suadente P.e Sabelli. Propositum P.is Podgórski accipiendi parochiam in Polonia, ut uniantur Confratres dispersi. Licentiam dedit emendi conventum in Alsatia pro domo novitiatus.

Reverendissimo P. Rettore Maggiore!

Rendo li dovuti ringraziamenti per le istruzioni mandatemi per mezzo del nostro Padre (1), e non mancherò di conformarmi intieramente con tutta

(4) In statu personali a P.e Sabelli mense nov. 1822 composito P. Heberle dicitur esse « Procurator in Valle-Sancta » (AG X A 5, 2).

(5) Conservatur in AG X A 16 epistula sine temporis indicatione, sed mense oct.-nov. 1823 scripta a « Charpentier, Curé de la ville d'Estavayer et Préfet des écoles » ad RM Mansiono, in qua i.a. dicitur: « Le départ [du P. Biedrzycki] ne peut avoir lieu pour le moment en vertu de l'article 4 de la convention fait entre notre ville et le Père Passerat ».

(1) Haec epistula P.is Springer ad VG Passerat nos latet. Vide notam 4 ad epist. 28.

la puntualità a tutti li ordini e statuti; e prego nuovamente di ben instruire il suddetto Padre, affinché regni l'istesso spirito ed uniformità in tutta la Congregazione.

La casa in Estavayer io non voleva prendere per tenervi le scuole, ma soltanto le scuole sarebbero state un mezzo per introdurvi la Congregazione (2), che poi essendo stabilita, si avrebbe col tempo potuto abbandonare le scuole; per altro io mi rimetto tutto alla decisione di V. P. Rev.ma.

Sento che V. P. Rev.ma abbia nominato per Rettore il P. Bidrzeski. Desidero che Iddio gli dia anche la grazia di potere adempiere con dovere il suo officio, poiché egli mi sembra il meno atto, avendo già tempo fa domandato la dispensa al Nunzio Apostolico per potere abbandonare la Congregazione. Io temo che la passione, e non la maggiore gloria di Dio abbia determinato il P. Sabelli di proporlo per Rettore (3).

Il P. Podgorski vorrebbe accettare nella Polonia una parrocchia, stacchi offerta, dove egli potrebbe subito abitare con due o tre nostri Confratelli Polacchi, e con questo mezzo egli spera di poter richiamare se non tutti, almeno la maggior parte de' nostri Padri Polacchi dispersi dal tempo della soppressione in Varsavia (4). Prego pertanto V. P. Rev.ma di dirmi, se ciò approva.

Nell'Alsazia ci è stato proposto un convento abbandonato da comprare, ed io ne diedi la permissione per farvi poi ivi la casa del noviziato; poiché suppongo che ciò sia secondo le brame di V. P. Rev.ma, per potervi allevare e formare dei buoni soggetti di nostra Congregazione per la Germania e Francia (5).

Con la più profonda stima e venerazione mi protesto

Di V. P. Rev.ma

humillimus et obedientissimus servus et filius
P. J. Passerat C.SS.R.

Vienna, li 24 Novembre 1823.

Inscriptio a tergo (6):

Reverendissimo D., D. Patri Nicolao Mansioni
Rectori Majori Congregationis SS.mi Redemptoris
p. Neapolim
Nuceriae Paganorum

(2) In epistula parochi de Estavayer ad RM (AG X A 16) proponitur erectio collegii in hac civitate, loco collegii in Valsainte.

(3) Conservatur in AG X A 13 promemoria P.is Sabelli RM porrecta de successore P.is Czech ut Rectoris in Valsainte: « Ne sono tre tra i quali potrebbe cadere la sorte d'un Rettore per la Valle-Santa... Ve ne trovo il più atto il P. Berset... Sottometto però al di Lei giudizio la giusta caratteristica di tutti e tre » (sunt 1° Ios. Hofbauer, 2° Ioann. Biedrzycki, 3° Ios. Berset, « presentemente professore della lingua francese e canonico sostituto a Estavayer, e parroco in un villaggio nominato Lulli, due miglia distante di quella città »).

(4) Agitur de parochia acceptanda et de domo erigenda in Piotrkowice. - Cfr *Spic. hist.* 7 (1959) 134 ss.

(5) Agitur de fundatione in Trois-Epis, incepta 1824, derelicta 1828, instaurata 1912.

(6) Inscriptio a VG Passerat m.p. apposita est.

27. - 1823 XII 16, Pagani. - VG DI PAOLA ad VG Passerat. - Orig. (tantum subscriptio autographa; epist. scripta a P.e Springer): AG VI C 27a.

Communicat mortem RM Mansione et designationem suam in Vicarium gen. Invitat, ut participet Capitulo generali, indicto in diem 1 V 1824.

Nucera de' Pagani, 16 Dicembre 1823.

Reverendissimo Padre Vicario!

Con mio dispiacere Le passo la notizia della morte del nostro P. Rettore Maggiore Don Nicola Mansione, seguita in questo collegio a dì 13 corrente. La sua morte fu preceduta da un catarro di petto, il quale l'ha confinato a letto per giorni quindici. Gli sono [stati] apprestati tutti i soccorsi della medicina, ma non è stata volontà di Dio la sua guarigione. In tutta la sua malattia ha dato esempi di perfetta uniformità alla divina volontà; egli da sé chiese il Santissimo Viatico e l'Estrema Unzione con molta devozione. Se gli sono [stati] celebrati i funerali solenni secondo le nostre Costituzioni. Prego pertanto la Vostra Paternità Reverendissima, di ordinare a cotesta vostra comunità di applicare i suffragi indicati nel capo IV § 16 dei nostri Stabilimenti capitulari (1).

Vi partecipo poi che, terminati i funerali, i Consultori si portarono nella stanza del defunto, e si trovò la schedula suggellata nel fodero, nella quale nominava, a tenor della Regola, la mia indegna persona per Vicario Generale.

In fine Le do notizia essersi stabilita la giornata del 1° Maggio 1824 (2) per l'apertura del Capitolo Generale ad oggetto di eleggere il successore. E' invitata cotesta comunità di avvalersi del proprio diritto d'intervenire Vostra Paternità Rev.ma, il Rettore ed un Vocale eletto dal Capitolo della comunità, come sta espressato nella parte III, c. 1, n. 9 della Regola. - Nel caso poi che non stimate di venire, dovete mandare la rinuncia vostra, quella del Rettore e quella della comunità. E può anche la comunità eleggere il P. Springer, che si trova qui (3).

Non istimo poi, esortare cotesta rispettabile comunità all'esatta osservanza della nostra Regola, poiché le ottime notizie ricevute dal P. Springer sul fervore, zelo, raccoglimento, ci sono state di consolazione e di edificazione.

(1) Agitur de Statutis Capituli generalis an. 1802. Cfr *Acta integra Capitulum generalium CSSR, 1749-1894*, Romae 1899, 202 n. 508. Numeratio capitulum et paragraphorum huius editionis non concordat cum duobus editionibus originalibus (p. 30; p. 33), de quibus cfr *Spic. hist.* 3 (1955) 310 n. 13.

(2) In epistula convocationis Capituli diei 3 II 1824 (*Acta integra Cap. gen.* 247; *Documenta miscellanea*, Romae 1904, 220) dies 4 VI 1824 pro apertura Capituli statuatur; de facto hoc die initium habuit.

(3) De iure Transalpinorum, imprimis de iure Vicarii generalis interveniendi Capitulo generali cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 203; pluries de hac re in epistulis infra transscribendis. - Notamus, quod hic expresse admittitur possibilitas eligendi procuratorem pro absentibus.

Mi raccomando alle orazioni di tutta cotesta comunità, e con affetto uguale alla stima con ogni sincerità mi dichiaro

Di V. P. Rev.ma (4)

Umilissimo Fratello in Cristo
Giuseppe di Paola del SS. Red., Vic. G.le

28. - 1824 I 4, Wien. - VG PASSERAT ad P.em Springer. - Orig. (tantum subscriptio autographa; epist. scripta a P.e Friderico von Held): AG Epistulae P.is Passerat II.

Commendat instantur curam pro valetudine. De nova domo in Maria-Lanzendorf. Iterum quaerit notitias de Monialibus OSSR. De participatione Capitulo generali proximo. - Sequitur appendix ipsius P.is Held.

Wien, den 4. Jenner 1824
empf. 1. Februar (1).

Admodum reverende et carissime Pater!

Der Bericht vom Rev.mus P. Di Paola sammt Ihrem Schreiben vom 16.XII. (2) habe ich sogleich 6 unserer Mitbrüder mitgetheilt. Um ohne Verweilen Ihnen zu antworten, schreibe ich sogleich das Nöthigste. Sobald wie möglich werden wir die zweckmäßige Antwort geben (3); indessen melden Sie dem Rev.mus P. Di Paola unsern Handkuß und unsern innigen Antheil über den erlittenen Verlust: wir werden unsere theuerste und letzte Pflicht erfüllen.

Ihren Brief vom 8.IX. und 1.XI. (4) haben wir erhalten und darauf zwei Briefe geschrieben, einen durch den Sohn des P. Coudenhove (5), Cadet im Regiment Kaiser-Chevaux-Legers, den anderen durch Baron Wöber (6), anfangs des vorigen Monats (7). Wir schrieben Ihnen, daß wir Bericht über das Geld vom Fürst Ruspoli (8), aber kein Geld noch erhalten haben; bedürfen Sie daher desselben Ihrer erwähnten Gesundheitsumstände halber, so ist es unser ausdrückliche Wille, desselben so wenig als anderer Mittel zu sparen um Ihre Gesundheit herzustellen. Eben darum vermuthlich werden wir Sie schwerlich bis auf den May in Italien lassen, um Ihre

(4) In spatio vacuo in fine epistulae, et proprie inter verba *Di V.P. Rev.ma* et subscriptionem, VG Passerat quosdam notas asceticas apposuit, difficiles lectu et intellectu (permixtas in lingua francogallica, germanica, latina), quae tamen ad argumenta epistulae non referuntur.

(1) Dies acceptionis epistulae a P.e Springer appositus.

(2) Supra epist. 27.

(3) Infra epist. 30.

(4) Hae epistulae P.is Springer nos latent.

(5) Vide notam 19 ad epist. 5.

(6) Baro Wöber, « Adjutant » Archiducis Maximiliani (HOSP, *Erbe* 81), erat amicus Patrum (cfr. *Spic. hist.* 4 [1956] 72-73).

(7) Ambae epistulae nos latent.

(8) Quando P. Springer die 28 V 1823 ex Wien Romam advenit, primos dies hospes Principis Ruspoli transegit. Cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 302 et 4 (1956) 388. - Vide etiam notam 12 ad epist. 29.

Rückreise nicht in einer heißen Jahreszeit antreten zu müssen. Wegen Verlängerung Ihres Passes seyen Sie ruhig.

Das ganze Noviziat in Weinhaus (9) ist nach Ihrem Berichte eingerichtet. In unsrem hiesigen Collegio wird nachmittag bis 5 Uhr niemand Fremder zugelassen; alle müssen mit sich beschäftigt bleiben.

Die Uebergabe des im letzten Brief erwähnten Klosters von Lanzendorf (10) scheint gewiß zu seyn, und es ist schon die Commission darüber auf den 12. d.M. angesetzt; die Pfarre wird (Gott sey ewig Dank) nach Laa verlegt (11). Auf den 5. d.M. ist auch die Commission für ein Haus zum Zufluchtsort gefahrlaufender Mädchen bestimmt nach einem Hand-Billet des Kaisers (12). Eben darum beeilen Sie sich mich [= mir] rücksichtlich einer Klosterfrau aus einem Conservatorio nach unserer Regel zu berichten, um deren Sendung nach Wien ich Sie im letzten Brief gebethen habe.

Sorgen Sie auch für die Ernennung von Consultoren für mich, da ich mir sie selbst nicht ernennen kann (13).

Wir halten mit dem Hochwürdigsten Erzbischof, der uns nun ziemlich geneigt scheint (14), und dem Bischof Steindl (15) Conferenzen über unsere Regel; sind aber erst bis zum Votum paupertatis gekommen (16).

Das hartnäckige Bestehen einzelner Individuen unter uns auf besondere Meinungen scheint sich mit der Gnade Gottes in etwas zu geben. Uebrigens wünschen wir wohl sehr, persönlich an dem zu haltenden Capitel Antheil nehmen zu können, was jedoch schwerlich geschehen können wird. In dessen wollen wir die Sache noch recht reiflich überdenken und berathschlagen.

Ich lege Ihnen die Sorge für Ihre Gesundheit noch einmal nachdrücklich auf das Gewissen, welche Sie als Rector in Lanzendorf zur Erhaltung der Klosterzucht wohl werden brauchen können.

Ich küsse dem Rev.mus die Hand, und empfehle mich und unsre Brüder Ihrem Gebethe und dem Gebethe aller unserer dortigen Brüder

P. J. Passerat C.SS.R., V. g.

Es freut mich sehr, der Secretaer des P. G.V. seyn zu dürfen, und nun füge ich nur noch im Nahmen meiner eigenen unwürdigen Person nebst den Dank für Ihre lange Geduld mit mir zu seiner Zeit, wodurch Sie mir mein

(9) An. 1823 noviciatus ex Conventu Maria Stiegen in praedium in Weinhaus, prope Wien (nunc urbis districtus XVI: Ottakring), translatus est; ibi remansit usque ad an. 1835. - Cfr HOSP, *Erbe* 81-83.

(10) Fundatio in Maria-Lanzendorf, de qua tunc cum Gubernio tractabatur (HOSP, *Erbe* 353-355), non ad finem perducta est.

(11) Laa est municipium ante fines urbis Wien, ad austrum.

(12) Cfr HOSP, *Erbe* 123.

(13) Consultores nominati erant ad triennium die 30 V 1820. - Cfr notas 5 et 7 ad epist. 2.

(14) Leopoldus Maximilianus Comes von Firmian.

(15) Matthaeus Paulus Steindl, Vicarius generalis de Wien.

(16) Cfr HOSP, *Geschichte der Redemptoristen-Regel in Oesterreich* 35 ff.

jetziges größtes Glück, ein Glied der Congregation zu seyn, verschaffen, die Bitte bey für mich unwürdigen Priester recht zu bethen, dann aber auch um den wahren Geist für unsere hiesige Congregation, für die Beybehaltung unseres Hochwürdigsten P. General-Vicars, und endlich doch Ihre Gesundheit zur Ehre Gottes und für uns zu erhalten. - Noch einmahl: bethen Sie bey dem Grabe des seeligen Alphonsus für mich und uns alle.

Ihr

ewig dankbarer Bruder in J. Chr.
P. Held Congreg. SS. R.

PS. Der Brief, welcher an Euer Hochwürden durch den Sohn des P. Coudenhovens ungefähr im Anfange des Novembers v.J. geschickt wurde, war unmittelbar an den Bruder des P. Coudenhovens, Oberst des Regiments Kaiser-Chevaux-Legers in Neapel, adressiert, mittelbar aber an P. Springer in Neapel. Diese Adresse mag vielleicht Schuld seyn, daß dieser Brief irgendwo liegen geblieben sey. - Den anderen durch den Baron Wöber gesandten Brief werden Sie hoffentlich itzt schon haben.

[*Nota P.is Springer:*] Auf diesen Brief schickte P. Di Paola den 2. Febr. 1824 ein Circular, in welchem er die Eröffnung des Capitels pro 4. Junii meldet, und hinzusetzte, daß ich für nothwendig halte, daß einer ex nobis dabey sey, und daß P. Springer könne gewählt werden, er aber, um nicht gegen den Willen des P. Passerat zu handeln, absolute Erklärung wolle(17). - Vielleicht nothwendig neuerdings a. wegen P. Podgorsky, b. wegen Monialis; doch vorher abwarten die Antwort auf das 1. Circular, 3 [*sic*] Consultoren.

Inscriptio a tergo:

Admodum Reverendo Patri Francisco Springer
Sacerdoti Congregationis SS. Redempt.
Nuceriae Paganorum ad St. Michaellem
prope Neapolim

29. - [1824 I ca. 20, Pagani]. - RP SPRINGER (cum additamento VG DI PAOLA) ad VG Passerat. - Orig. vel minuta (epist. scripta a P.e Springer; additamentum m.p. VG Di Paola): AG X B 5, 1.

Haec epistula, quae diem scriptionis non habet notatum, scripta est in secunda parte mensis ianuarii 1824, uti desumitur ex textu: « Die 14 hujus mensis Ianuarii accepi epistulam vestram ». P. Bührel, quando archivo generali praefuit, apposuit in margine superiore epistulae stilo plumbeo: « 20 Jan. 1824 ».

Quamquam subscriptiones desunt, videtur esse epistula originalis, quia cera rubea clausa fuit; alia signa transmissionis non adsunt.

De nominatione P.is Biedrzycki in Rectorem Collegii Valsainte. Approbatur a VG Di Paola propositum P.is Podgórski acceptandi parochiam, ut colligantur Fratres dispersi in Polonia. De quibusdam quaestionibus mora-

(17) Exemplar epistulae convocantis Capitulum, cum his notis, ad VG Passerat transmissum nos latet.

libus, sec. doctrinam S. Alfonsi solvendis. Consilium VG Di Paola de Monialibus. Petit, ut reverti possit per Romam.

J. M. J.

Paternitas Reverendissima!

Duas litteras vestras de dato 24 Novembris 1823, quarum una ad Rectorem Majorem pie memoriae (1), altera ad me directa fuit (2), sub finem anni elapsi accepimus, quas puto eas esse, quas tradidistis filio Comitis nostri Coudenhove, quem in Domino saluto. Die 14 hujus mensis Januarii accepi per cursum publicum (*Post*) aliam epistolam vestram de dato 12 Decembris, quam commisistis Illustrissimo Baroni Wöber (3). Ex primis intellexi duas litteras meas (4), quae continebant multas notitias circa Instituti nostri rationem et praxim, ad Vos pervenisse, quod me summo gaudio affecit. Reverendissimus Vicarius Generalis di Paola dedit ad Vos sub dato 16 Decembris litteras circulares (5), in quibus praeter alia Vos certiores reddidit de morte Patris Rectoris Majoris Mansioni et de sua in Vicarium Generalem electione, quas litteras spero in manus vestras mediante Comite Dietrichstein jamjam devenisse.

Rev.mus Vicarius Gen. me jussit, ad omnia quaesita Paternitatis Vestrae nomine suo responsum [dare], id quod faciam, quin ab ejus mente, quam mihi prius aperuerat, deflectam.

Rector Major pie memoriae elegit Patrem Biedrzycki Rectorem Collegii Vallis-Sanctae. Pater Biedrzycki, de hac electione certior factus, contra istam Rectori Majori plures difficultates proposuit, ob quas credidit sibi abstinendum esse a susceptione hujus oneris (6); nihilominus Rev.mus Vicarius Gen., occasione qua Collegio Vallis-Sanctae mortem Rectoris Majoris et aperturam Capituli Generalis intimavit, memoratum Patrem Biedrzycki in munere Rectoris denuo confirmavit (7). His gestis, post paucos dies epistola vestra advenit, in qua mentem vestram huic electioni contrariam manifestam facitis (8), sed quid rebus sic stantibus faciendum? Utinam haec epistola vestra antevertisset tempus, quo litterae circulares in Collegium Vallis-Sanctae mittebantur! Nam nunc pro re nata Rev.mus Vicarius Gen. non amplius consultum duxit, in hoc negotio denuo aliquid immutare. Simul tamen vult ut scribam, suam sententiam, in consultatione hac de re vivente Rectore Majore habita, fuisse, ne quid in hoc negotio sine intelligentia Paternitatis Vestrae decidatur. Sed Rector Major pie memoriae, supponens commercium epistolarum Viennam inter et Vallem-Sanctam mul-

(1) Supra epist. 26.

(2) Haec epistula nos latet.

(3) Haec epistula nos latet.

(4) Haec epistulae nos latent; cfr notam 4 ad epist. 28.

(5) Supra epist. 27.

(6) Supra epist. 24 et 25.

(7) Exemplar epistulae convocantis Capitulum, cum his notis, ad Valsainte transmissum nos latet.

(8) Supra epist. 26.

tis obstaculis esse obnoxium, hoc negotium immediate tractandum putavit; in posterum autem, uti declaravit Rev.mus di Paola, ad tales decisiones, posthabito Vicario Ultramontano, non amplius procedetur.

Quod adtinet propositionem Patris Podgorski acceptandi parochiam, in finem colligendi Patres nostros in Polonia dispersos et sic denuo stabiliendi collegium in istis partibus, Rev.mus Vicarius Gen. hanc propositionem adprobat cum limitatione attamen, ut acceptatio parochiae *ad tempus* fiat et cum obligatione eam dimittendi, casu quo spes praenotati finis assequendi evanescat.

Porro nil obstat, quominus Patres nostri in Alsatia emant monasterium, si habent unde tales expensas facere possint; nam iis minime permittitur, ut aliquod onus, v.g. persolvendorum debitorum, devolvant in Collegium Viennense aut Vallis-Sanctae.

Praeterea Paternitas Vestra sine dubio gaudet facultate dispensandi ab impedimento susceptionis eos, qui in altera communitate religiosa vixerint. Vult tamen Rev.mus Vicarius Gen., ut in hoc negotio cum summa cautela procedatur, nam susceptio id genus individuorum, experientia magistra, rarissime cedit in bonum Congregationis, siquidem prioris educationis tenacius memores difficile se accommodant instituti novi legibus. Sic communiter sentiunt aliae communitates uti Jesuitae etc. Eandem insuper circumspectionem adhibendam putat in admittendis istis, qui in prava haereticorum doctrina enutriti fuerint, nisi signa extraordinaria eorum conversionem sinceram comprobent, cujus exemplum in Patre Werner admirati sumus (9).

Quoad usuram Patres nostri se detinent in decidendis casibus infra limites titulorum, quos *Theologia Moralis* Beati nostri recenset. Multum desidero ulteriorem consultationem circa hanc materiam Romae instituere, nam haud credendum, nos ex Germanis primos esse, qui dubium hoc de praxi, apud nos ubique vigente, ad Sanctam Sedem deferant. Interim mea interest ex Vobis scire, num Principes Germaniae solummodo *permittant* usuras ad malum majus praecavendum, an illas *adprobent* et ex quo titulo, id quod Pater Puz, quem millies amplector, ex famoso nostro *Wucherpatent* eruere poterit; porro, quo fundamento nixi, viri Catholici timoratae conscientiae ad deponendum horrorem hujus praxis adduci potuerint. Demum inter alia informari cupio, qua auctoritate in publicis lectionibus apud nos doceatur, non amplius in Austria dari casus Papae reservatos etc.

Quoad casum Hollobrunensem, (missa quaestione de licentia dimidiandi confessionem) si responsum solummodo desideretur ad ista verba « num liceat abbreviare confessionem et non nimis in omnia particularia penetrare » etc., videtur hunc nodum melius et expeditius solvi non posse, ac

(9) Zacharias WERNER, *18 XI 1768 Königsberg, ab an. 1814 amicus et discipulus S. i Clementis (cfr *Spic. hist.* 7 [1959] 82, die 8 XII 1821 vestem Congregationis induit sed noviciatum non persolvit. Antequam die 17 I 1823 e vita cessit, Congregationem heredem universalem constituit (HOSP, *Erbe* 72-74). - Nuncius mortis et exsequiarum, typis impressus, a VG Passerat ad RM transmissus fuit (AG X B 4).

Beatus noster fecerit in *Praxi Confessariorum* § 4 circa iudicis officium (10), quam doctrinam Patres nostri sequuntur.

Quoad suscipiendam parochiam, quae conjuncta est cum monasterio quod nobis offerebatur, notandum, hoc onus, angelicis humeris formidabile et Regulae nostrae contrarium, semper fuisse repudiatum a nostris in Italia. Interim, si attentis circumstantiis particularibus, quae forse in partibus vestris obtinent et hic ignorantur, creditis susceptionem hujus oneris ex una parte difficile evitari posse, et eam ex altera parte in Gloriam Dei cedere, pro hoc casu Rev.mus Vicarius Gen. eam non credit esse inhibendam, dummodo omnes Patres ad hanc obligationem suscipiendam consentiant (11).

Quoad Moniales vestras Rev.mus Vicarius Gen. putat, pro initio erigendum esse conservatorium cum omnimoda dependentia ab Episcopo et sub ejus gubernatione; in posterum ipsae Moniales poterint facultatem a Sancta Sede petere clausuram papalem introducendi. Postquam opera vestra hoc conservatorium stabilitum fuerit, nobis non inhibetur Monialibus exercitia dare; si ab Episcopo fiat instantia, etiam licet tanquam Confessarii *extraordinarii* eis succursum spiritualem praestare, sed Regula vetitum est officium Confessarii *ordinarii* suscipere. Quod demum adinet propositionem adsciscendi unam ex Monialibus ex conservatorio italico, ejus executionem Rev.mus Vicarius Gen. moraliter credit impossibilem.

Ultimo adjicio aliquid, quod conscientiam meam spectat. Ex multis motivis, quibus enarrandis supersedeo, utpote quoad majorem partem Vobis notis, vehementer desiderio denuo Romam venire, nam prima et secunda vice brevissime et, ut ita dicam, solummodo delibando ibi commoratus sum (12). Sed ecce aliquam difficultatem. Possem ex portu aliquo terreni Neapolitani reverti, et sic abbreviare iter per terram circiter trium dierum; si non vellem Romam attingere. Ob hoc incrementum expensarum rogo, ut mihi facultas has expensas faciendi a Paternitate Vestra expresse detur, nam alias semper timeo, me ex privato tantum desiderio Romam anhelare, quod conscientiam meam inquietaret. Ceterum mihi videtur, etiam unicum motivum devotionis, si non aliud adesset, sufficere, ut petitio mea ab omni labe levitatis purgetur.

Osculor manus Paternitatis Vestrae Reverendissimae nec non Patris

(10) *Praxis confessarii ad bene excipiendas confessiones* cap. I § 4. - Ed. critica a P.e G. BLANC CSSR curata, adiuncta ed. criticae libri *Theologia moralis* a P.e L. GAUDE CSSR curatae IV, Romae 1912, 538-539.

(11) Agitur, ut videtur, de fundatione in Maria-Lanzendorf. In ultima epistolae pagina notatur litteris gothicis (*Kurrentschrift*): Lanzendorf. - Cfr notam 10 et 11 ad epist. 28.

(12) Itinerans a Wien in Pagani, P. Springer a die 28 V usque ad diem 7 VI 1822 Romae degit, uti desumitur ex epistula P.is Iosephi Mautone, Vice-Procuratoris generalis, ad RM Mansionem diei 7 VI 1823 (AG VI B 19h): « Il porgitore di questa mia è il P. Springer, che viene da Vienna. Mi ha detto, che il motivo del suo viaggio si è, che il Sup. Passerat lo manda per parlare a V. P.tà R.ma, e per motivo di salute. Venne diretto al Principe Ruspoli, e giunse il giorno prima del Corpus Domini; stiede due giorni con esso ed indi si portò in questo ospizio. Parte questa notte per Frosinone, ed ho istruito quel Rettore a fargli fare colà il visto buono al passaporto per Benevento, per fargli risparmiare Carlini trenta. Tanto doveva pagar qui, se lo faceva per Napoli, dico il passaporto. Li Paoli quattro, che faceva pagare il P. Giattini, era troppo. Per otto giorni, che esso Padre è stato qui, mi ho preso Paoli venti ».

Rectoris omniumque Patrum, quos insuper omnes cum Fratribus et Novitiis in Jesu Christo amplector, enixe rogans, ut velint mei memores esse in oratione. Amen.

[*Deest subscriptio*]

[*VG Di Paola m.p. sequentia verba addidit:*] Il Vicario vi abbraccia carissimamente nel Cuore di Gesù con tutt'i Padri e Fratelli di costì, e vi prega di averlo presente nelle vostre fervide orazioni.

[*Deest subscriptio*]

Inscriptio a tergo:

Reverendissimo Patri Don Josepho Passerat
Congregationis SS.mi Redemptoris Vicario Generali

Maria-Stiegen, Viennae

30. - 1824 I 20, Wien. - VG PASSERAT ad VG Di Paola. - Orig. (tantum subscriptio autographa; epist. scripta a P.e Libozky): Postulatio generalis CSSR; photocopia: AG Epistulae P.is Passerat I.

Dolorem suam declarat de morte Rectoris Maioris. Desiderat interesse Capitolo generali, sed est impossibile. - Est responsum ad epist. VG Di Paola diei 16 XII 1823 (supra epist. 27).

Reverendissimo P. Vicario G.le!

Nella dolorosa notizia della morte del Rev.mo P. Rettore Maggiore Don Nicola Mansionone, alla quale prendono dovuta parte tutti li miei Confratelli, ci consolano le circostanze che accompagnarono detta morte, come V. P. Rev.ma benignamente si degnò di comunicarci. E speriamo che egli abbia già ricevuto con sommo gaudio la mercede de' suoi lavori e travagli, sostenuti durante una sì lunga serie d'anni per l'onore di Dio.

Con molto desiderio vorremmo [= *vorremmo*] essere presenti al Capitolo G.le, ma le circostanze politiche non lo permettono. Neppure posso lasciare il P. Springer sino a Maggio nell'Italia, a motivo della sua salute che sembra d'essere sempre più debole. Detto Padre spiegherà a V. P. Rev.ma, come le leggi qui ci difendono rigorosamente qualunque comunicazione coll'estero. Egli ha tutto il potere di manifestare a V. P. Rev.ma le nostre intenzioni, e noi non cessiamo d'implorare il divino soccorso, affinché sia eletto un successore, come è stato il lodato defunto.

Con tutta venerazione mi protesto

Di V. P. Rev.ma

Umilissimo, Devotissimo, Osservantissimo Figlio
P. J. Passerat C.SS.R., V. g.

Vienna, li 20 Gennaio 1824.

Inscriptio a tergo:

Al Rev.mo Padre, Padrone Col.mo
Il P. D. Giuseppe di Paola, Vicario della Cong.ne del SS.mo Redentore

Nocera di Pagani

31. - 1824 II 10, Pagani. - VG DI PAOLA ad VG Passerat. - Orig. (tantum subscriptio autographa): AG IX C 46.

Remittit P. em Springer. Adhortatur ad conformationem legibus Imperii Austriaci. Dolet de inordinata praedilectione Regis Neapolitani. Desiderat reassumptionem foundationis in Bucuresti.

J. M. J.

Nocera de' Pagani, 10 Fbro 1824

Carissimo P. Vicario

Dovendo costì ritornare l'ottimo P. Springer, ho creduto mio dovere consegnargli questa mia, per attestarvi essersi egli nel tempo di sua dimora condotto con esemplarità e soggezione. Per sua mano vi mando una reliquia insigne del nostro Beato Padre con altre cosette, che il detto Padre ha creduto necessarie per cotesta comunità. Io ho fatto quanto ho potuto per contentarlo e gli ho dato tutta la confidenza. Verso gli ultimi giorni mi sono mostrato alquanto sostenuto, per avere scorso in lui molta inclinazione di restarsi in Italia; ciocché mi è molto dispiaciuto, poiché quanto gli Oltramontani sono utili in coteste regioni, altrettanto poi sono inutili in queste parti.

Fin'oggi non ho ricevuto niuna vostra lettera. Ho saputo solamente da Springer, che avete ricevute le mie.

Ho saputo ancora le vostre afflizioni per causa delle leggi dell'Imperio, che proibisce la esterna unione. Non vi affliggete per questo. Basta, che stiamo sempre uniti collo spirito nel Cuore di Gesù Cristo. Né voglio, che vi esponiate a qualche pericolo per questa causa, poiché io rifletto al gran danno apportato alle anime per la soppressione della casa di Varsavia. La massima, che sempre insinuava il nostro Beato Padre, era questa: « Figli, facciamoci cenere, e stiamo soggetti a tutti, in quanto non ci lede la coscienza ». È forse per questa nostra sottomissione il Signore ci ha conservati in mezzo a tante luttuose vicende. In tutte le vostre occorrenze dipendete dal Sommo Pontefice Romano per mezzo del Nunzio, e starete sicuri in coscienza.

Anche noi qui stiamo soffrendo una dannosissima persecuzione, suscitata dal nemico coll'affetto, che ci mostra il Re. Ci comanda di accettare nuove e nuove fondazioni (1), per cui le nostre case son diventate conventini, e non ci può essere l'esatta osservanza. Sceglie i soggetti migliori per le Cattedre Episcopali (2), per cui la Congregazione va deteriorando; non vuole ammettere né rinuncie, né ragioni; perciò ho detto, che mi sembra una persecuzione più dannosa delle passate. Pregate G.C., che ce ne liberi.

Ho detto al P. Springer, che io vi confirmo tutte le facultà, che vi furono concesse dal defunto Rettore Maggiore. Travagliate coraggiosamente per far conoscere ed amar Gesù Cristo dalle anime comprate da Lui a prezzo carissimo, e che bruttamente gli voltano le spalle. Desidero moltissimo,

(1) De novis foundationibus vide supra epist. 2.

(2) De episcopis CSSR vide notam 5 ad epist. 12 et notam 4 ad epist. 35.

che ripigliate la fondazione di Bucarest, dove sento dire, che vi sia una messe abbondantissima (3).

Mi raccomando alle vostre fervide orazioni e a quelle di tutt'i vostri Compagni, e con affetto eguale alla stima costantemente mi raffermo

umilissimo affezionatissimo vostro fratello in G.C.

Giuseppe di Paola

Vicario Generale della Congregazione del SS. Red.

32. - 1824 III 2; Wien. - VG PASSERAT ad VG Di Paola. - Orig. (tantum subscriptio autographa; epist. scripta a P.e Libozky): Postulatio generalis CSSR; photocopia: AG Epistulae P.is Passerat I.

Quia nec ipse nec P. Springer electioni novi Rectoris Maioris interesse possunt, P. Springer alios Patres Vicarios-Vocales designet. Gratias agit pro liberali hospitio P.i Springer praestito.

Reverendissimo Padre Vicario G.le!

Non posso esprimere a V. P. Rev.ma il desiderio, che noi abbiamo di prendere parte all'elezione del nuovo Rettore Maggiore. Il nostro desiderio è eguale all'amore che noi portiamo alla nostra madre, e perciò noi desideriamo che il P. Springer costituisca un tal numero di Padri, corrispondenti al numero delle voci che ci competono, per dare la voce in nostro nome (1). Io poi credo, che sia necessario che il P. Springer ritorni quanto prima, e parlo come alla presenza di Dio, e credo che egli non possa restare sino al 4 Giugno per molte ragioni.

Il nostro spirito sarà presente alle loro orazioni, alle loro deliberazioni, ed all'elezione d'un degno successore del defunto. Che li nostri buoni angeli, che conoscono la nostra buona volontà, si degnino di portare le nostre debole preghiere unite colle loro al trono del Padre di Nostro Signore Gesù Cristo.

La nostra riconoscenza è grande per il buon accoglimento, fatto al nostro diletteissimo P. Springer; ma crescerà molto più, quanto egli ritornato, come noi impazientemente desideriamo, ci racconterà il loro zelo per l'osservanza, il loro affetto verso di noi, e l'interesse che prendono per vederci simili a loro, perché ciò ci servirà di spinta per rassomigliare a loro, e ci darà la consolazione che [= della quale] abbiamo molto bisogno nel nostro misero esilio.

La distanza da Costantinopoli a Bucarest è per terra di 14 sino a 15 giorni, ma per il Mar Nero è molto più vicino, se si trova buon vento. Monsignore Ercolani, già Vescovo nella Valachia e Bulgaria, ha fatto avanti quattro anni la visita canonica, e può dare le migliori e più sicure notizie.

(3) In epistula diei 18 XI 1821 VG Passerat mentem suam aperuerat RM Mansionem dimittendi missionem in Bucaresti. - Vide supra epist. 5 (notam 41).

(1) Vide notam 3 ad epist. 35.

Egli è ora nello Stato Pontificio Vescovo di Civita Castellana, Orte e Gallesse, ed è stato sempre nostro amico cordiale (2).

Con la più sincera stima e venerazione mi protesto

Di V. P. Rev.ma

Umilissimo, Devotissimo, Osservantissimo Figlio
P. J. Passerat C.SS.R.

Vienna, li 2 Marzo 1824

Inscriptio a tergo:

Al molto Rev.do Padre, Padrone mio Col.mo

Il P. Francesco Springer

Nocera di Pagani

33. - 1824 IV 9, Estavayer-le-Lac. - RP BIEDRZYCKI ad VG Di Paola. - Orig.: AG VI C 27c.

De suffragiis pro RM defuncto a communitate peractis. Transmisit con-
vocationem pro Capitulo generali Patribus in Bischenberg. Renuntiat iuri
suo Capitulo assistendi et acceptat omnia quae a Capitulo statuentur, rogans,
ut quamprimum ipsi transmittatur exemplar decretorum.

Reverendissime Pater!

Acceptis tribus litteris Nuceria ad me datis (1), quas omnes praevidebam
adventuras, ad singula iisdem contenta respondere me oportet.

Et quidem primo. Cum Regulae nostrae nihil indicent determinati,
quod in solatium animae defuncti Rev.mi Patris Rectoris Majoris sit per-
solvendum, seu a singulis nostrae Congregationis individuis, seu a tota
sumptim communitate (2), hinc sequentia persolvi et a ceteris Confra-
tribus persolvi curavi: a. Totum Officium Defunctorum incipiens a Vesperis,
idque a singulis Patribus qui tenentur ad horas canonicas; b. Quatuor Mis-
sas cantatas, nempe diem obitus, septimum, trigesimum et anniversarium;
c. A Fratribus laicis, qui ad horas canonicas non tenentur, recitata sunt ab
unoquoque individuo 3 Rosarii psalteria totidemque Sacrae Communiones
peractae.

Secundo. Quoad epistolam sub 3^a Martii anni currentis ad me datam,
hanc sine mora communicavi Fratribus Bischenbergi in Alsatia communi-
tatem formalem constituentibus (3) una cum intimatione litterarum con-
vocatorum ad Capitulum Generale, cum explicatione omnium quae sibi

(2) Fortunatus Maria ERCOLANI CP, *8 V 1775 S. Gregorio (Tivoli), 17 V 1815 episcopus
de Nicopoli, 19 IV 1822 episcopus de Civita Castellana, † 1847. - Cfr MH XV 182 (Index).

(1) Hae epistolae nos latent, nec notantur in ALO 9.

(2) Vide notam 1 ad epist. 27.

(3) Videtur quod ante an. 1825 epistolae missae non sunt directe a Pagani in Bischen-
berg. - Epistolae scriptae tempore generalatus RM Cocle et RM Ripoli, in arch. Domus
Bischnberg conservatae, nuper nobis humanissime transmissae sunt a P.e Eugenio Herr-
bach, ut photocopiam pro archivo generali perficiamus; pro hac liberalitate ei debitas
gratias agimus.

facienda sint, casu, quo non posset Nuceriam petere, sicut et preces, quas tribus subsequentibus diebus tenebitur instituere exposito SS.mo Sacramento, simulque obligationem assistendi cum tota communitate supra dictis precibus pro eligendo novo Rectore Majore, uti et ego facere non omitam (4), qui sit juxta cor Domini.

Quod autem ad me attinet, cum non possim assistere Capitulo Generali, qua legitime impeditus, sint sequentia pro forma: Renuntians juri meo, concesso mihi a Constitutionibus et Regulis nostrae Congregationis, fateor me acceptaturum omnes decisiones et omnia decreta dicti Capituli Generalis, celebrandi die quarta Junii anno millesimo octingentesimo vigesimo quarto Nuceriae Paganorum, idipsum rogans, uti mihi exemplar eorundem decretorum quamprimum transmittatur.

Me, meosque Confratres commendans assiduis precibus, sum profundissima veneratione

Reverendissimae Paternitatis Vestrae

humillimus et obedientissimus filius
Joannes Biedrzycki CSSR, Rector

Staviae ad Lacum, die 9 aprilis 1824

P.S. - Rogo Rev.mam Paternitatem Vestram, ut mihi exemplar decretorum Capituli G.lis, multis jam ab annis celebrati, transmittere dignetur (5).

Inscriptio a tergo:

Al Reverendissimo Padre Giuseppe de Paula
Vicario Generale della Congregazione del SS.mo Redentore
Roma - Napoli per Nocera

34. - 1824 V 1, Bischenberg. - RP SCHÖLLHORN ad VG Di Paola. - Orig.: AG VI C 27d.

Renuntiat iuri suo Capitulo generali assistendi, acceptans omnia quae a Capitulo statuentur. Adiungit quasdam notitias de Ecclesia et Congregatione in Francia.

Reverendissime ac Religiosissime Pater!

Invitatio Reverendissimae Paternitatis Vestrae per Reverendum Patrem Rectorem Vallis-Sanctae ad me emissa, qua ad convocatum Capitulum Generale Congregationis nostrae comparere ego minimus dignus efficerer, summo gaudio me afficit. Exuperat vota mea, videre venerabiles Superiores meos ac dilectissimos Confratres nostros, verbis et exemplis eorum edoceri, quo vivam ipsemet et instruam mihi commissos sanctissimi nostri Instituti.

Ast summopere doleo, quod his circumstantiis illuc peregrinari et consequenter hisce bonis gaudere non valeo, et quidem e diversis rationibus: distantia loci, paupertas domus, nimis labor, directio domestica, quae tam in

(4) Verba *uti et ego facere non omittam* adiuncta sunt in margine inferiore.

(5) Agitur, ut videtur, de Statutis Capituli generalis an. 1802 celebrati, bis iam typis impressis (cfr notam 1 ad epist. 27), aut forse de Constitutionibus Capituli generalis an. 1764, quarum P. Springer exemplar in Pagani sibi comparavit.

spiritualibus, quam in temporalibus mihi soli incumbit, quae omnia, si rite perpendo, votis meis valedicere mihi consulere videntur, quod — de quo non dubito — et venerabiles nostri Patres ratum habebunt.

Cum agitur de successore Reverendissimi Patris Rectoris Majoris, continuas effundam cum Confratribus meis ad Deum preces, ut ille eligatur, qui ipsi placeat, cujus summe intersit sanctam nostram Congregationem propagari, et qui, cum successor sit Beati nostri Alphonsi, ejusdem etiam spiritum et mentem habeat.

Neoelectum veneror Superiorem meum, cui voveo obedientiam, me meosque humillime sibi subditos subjiendo. Eodem modo veneror, accepto, exequar, et ut exequantur a meis curam habebo, ea omnia quae venerabile Capitulum Generale statuerit aut decreverit, statim cum decretorum conscius factus fuero. Sint tamen, quae moderna tempora, aut circumstantiae particulares permittere non videantur, pateat mihi ad petendum consilium recursus ad venerabiles meos Superiores.

Hucusque nonnisi prout ceterae corporationes religiosae in Gallia tolerati habemur; cum omni tamen libertate ambulamus et laboramus. De die in diem saluberrimae pro Ecclesia leges emanant, et spes firma affulget brevi fore, ut Ordines prioribus suis juribus ac privilegiis gaudeant. In id tendunt Episcopi Galliae, et multum valent eorum vota apud Regem.

Domus nostra quinque constat Presbyteris, octo Novitiis, quinque Fratribus laicis. Iuvenes quod attinet, sunt optimae spei ac indolis (1). Viginti et plures sacerdotes non sufficerent laboribus, si tantum spectetur nostra ecclesia et vicinitas. Si Deus nobis benedicat, brevi augmentabitur et solidabitur Congregatio nostra sancta. Ut autem haec ad extirpationem malorum et bonum Ecclesiae fiant, adjuvent preces ferventes Confratrum nostrorum, quibus enixissime commendo me meosque, maxime persistens summa veneratione

Reverendissimae ac Religiosissimae Paternitatis Vestrae

devotissimus servus

P. Martin Schoellhorn

Congr. SS.mi Redempt. Rector

die 1^a Maii, in Monte Episcopali (Bischofsberg)
in Alsatia, prope Argentoratum (Strasbourg)

35. - [1824 V 1 vel 2, Ancona] (1). - RP SPRINGER ad P.em Mautone. -
Orig.: AG X B 5, 2.

Haec epistula, quae diem scriptionis non habet notatum, scripta est die 1 vel 2 V 1824, uti desumitur ex textu: « Domani o dopodomani stenderò gli atti necessari per l'ele-

(1) Cfr F. KUNTZ, *Commentaria de hominibus et rebus CSSR* (ms. in AG Bibl.) XIX 62 ss.

(1) Quamquam haec epistula Alpes non transscendit, eam transscribimus utpote cum aliis intimiori modo cohaerentem.

zione dei Vocali ». Epistulae autem ad designandos Vicarios-Vocales scriptae sunt die 3 et 4 V 1824 ex Ancona. - Vide infra notam 3.

Communicat, quo modo solvere intendat debita sua.

Rev.mo Padre Mautone

Mi dispiace assai di aver dovuto partire da Roma senza potermi informare delle spese che [si] dovranno fare per due chiavi e per la riparazione del mio baule. Per non mancare alla giustizia, dirò oltre la Messa nel giorno della mia partenza da Roma altre cinque Sante Messe all'intenzione della chiesa ossia sacristia di S. Maria in Monterone, e la prego di ritrarre dall'elemosina quella porzione, che è sufficiente per appurare i miei rispettivi debiti. La prego inoltre di manifestare questo mio provvedimento al Padre Giattini, al quale bacio la mano, ed al Fratello Domenico e Sor Pepini, perché io voglio lasciare le cose appianate (2).

Ho ricevuto il ferraiolo. Domani o dopodomani stenderò gli atti necessari per l'elezione dei Vocali (3), e manderò tutto a Vostra Riverenza.

Bacio la mano e prego di raccomandarmi al Signore e alla Madonna per un felice viaggio. Domando perdono di tutte le mancanze, e saluto Frat. Domenico, Sigg. Pettini e Pepini.

(P.S.) Le cinque Messe all'intenzione della sacristia di S. Maria in Monterone le comincerò a dire dal 7 del mese di Maggio. Spero che Vostra Riverenza resterà soddisfatto di questa mia maniera di procedere.

Bacio la mano a Monsignore Menone (4) e saluto Don Giuseppe. Che tutti mi raccomandino al Signore, perché ne ho grande bisogno.

umilissimo servo e fratello in G. Ch.
Franc. Springer SS.mi Redemptoris

(2) Tempore commorationis P.is Springer in Urbe varia rescripta a S. Sede in favorem PP.um Transalpinorum obtenta sunt. - Cfr *Documenta authentica facultatum et gratiarum spiritualium quas Congregationi SS. Redempt. S. Sedes concessit...*, Ratisbonae 1903, 122-131 nn. 91-98 (diebus 14-27 IV 1824).

(3) Conservantur duae epistulae P.is Springer ad Capitulum generale inscriptae in quibus Vicarios-Vocales pro Transalpinis designavit. Una missa fuit ex Ancona die 3 V 1824 ad P.em Sylv. Izzo (cfr *Spic. hist.* 2 [1954] 253 n. 75), Rectorem in Frosinone, Vocalem designatum pro Rectore collegii in Wien (AG VI C 27e); altera ex Ancona die 4 V 1824 ad VG Di Paola (AG VI C 27f). Ultima — in aliquibus locis paulo fusior — edita est in libro *Acta integra Capitulum generalium CSSR, 1749-1894*, Romae 1899, 271-272; ideoque hic transscriptioe supersedemus. - Designationem Vocalium a P.e Springer factam Capitulum ratam non habuit; cfr *ibid.* 255-256 n. 587.

(4) Ut videtur Desiderius MENNONE CSSR, electus episcopus de Lacedonia die 24 V 1824. - Cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 262 n. 112.

STUDIA



RAYMUNDUS TELLERÍA

PRIMUM EDITORUM TENTAMEN
AD OMNIA S. ALFONSI OPERA
ANNO 1760 NEAPOLI EXCUDENDA

Litteraria S. Alfonsi operositas culmen celebritatis attigerat ante suum episcopatum (1762); hoc sensu, quod nondum infulatus ipse campum activitatis suae asceticum, dogmaticum et moralem potenter definierat ideoque inter insigniores harum disciplinarum cultores micabat lumine proprio: nec posthac collucere vividius cessavit, donec an. 1778 a prelis defatigandis plus quam octogenarius abstinuit. Consonum ergo circa an. 1760 visum fuit editoribus itemque bibliopolis, ut tanti scriptoris aurifodinam librariam transmutarent in mercaturam sibi proficuum, non solum coortam ex singulis illius libris venui subiectis, verum etiam ex completa omnium operum editione. Haec autem systematica editio vix olim concipi poterat nisi praehabito auctoritatis regiae tutamine per sic dictum «Privilegium».

Ad Privilegii umbram non semel confugit S. Alfonsus episcopus intercedentibus suis editoribus, sicuti abunde liquet ex illius epistolis et prout dilucide exposuerunt biographi ac commentatores alfonsiani(1). Nihilominus, etiam ante suam in episcopatum electionem, experiri bibliopolae voluerunt quoddam tentamen ad omnia (non solum ascetica) opera illius recudenda convergens, a S. Alfonso quidem palam probatum, sed hucusque documentis publicis nondum comprobatum. Profecto, ex nunc, indubia red-detur comprobatio legenti instrumenta archivalia infra relata: quibus facilius intelligendis praemittimus succinctas notitias de neapolitano artis librariae Privilegio, de editorum ac bibliopolarum

(1) Cfr R. BAYÓN, *Cómo escribió Alfonso de Ligorio*, Madrid 1940, 215-229. - R. TELLERÍA, *San Alfonso Maria de Ligorio I*, Madrid 1950, 775-793. - O. GREGORIO, *Introduzione Generale. Opere ascetiche di S. Alfonso M. de Liguori*, Roma 1960, 61-92.

turma, demum de prima operum S. Alfonsi diffusione, quae sub duplici coaevo specimine proposita exigebat Privilegii concessionem. Si quis vastum argumentum exhaurire mallet, libro egeret sat amplo aut monographia speciali: propositum vero nostrum ad communicationem hodiernam sponte restringitur.

I. - *De librorum impressione prammaticae an. 1760 vigentes ac regium Privilegium.*

Abs re nostra esset excursus quemlibet agere circa Privilegii consuetudinem illo aevo insitam universis fere nationibus. Superfluum pariter ducimus hic recensere cunctas ac singulas regias prammaticas decursu annorum, immo et saeculorum Neapoli promulgatas, ut impressioni librorum consulerent regii administri eamque iuridice conformarent. Ab antiquiore namque prammatica, condita die 30 novembris an. 1550, usque ad recentiore an. 1753 citantur aliae undecim (2), deinceps per decreta regia (*dispacci*) substitutae (3): sic tamen prammaticae ac decreta inter se connectuntur, ut semper regyrent intra eundem cardinem boni communis et iuxta placita regalismi immutabilia. Bonum equidem commune, saltem sub aspectu nationali, cohonestare poterat prammaticarum articulos, quibus neapolitanis civibus prohibebatur extra regni confines imprimere libros eosque vendendos intromittere: attamen sub praetextu boni communis celabatur non raro mens absolutismi monarchici aut dissimulabant rei publicae vectores regalismi aversionem erga Ecclesiae institutiones.

Hinc, ineunte S. Alfonso vitam ecclesiasticam atque obortis et publice gravescentibus disputationibus (1724-1729) super *Historia Civili* Petri Giannone, ansam prorex comes Harrach die 16 aprilis an. 1729 arripuit, ut duas prammaticas severiores publicaret a Nuntio apostolico Romam transmissas (4) ac in vigore tandiu

(2) Arch. di Stato - Napoli. Real Camera, Consulte, v. 265, an. 1793, f. 15. - Prammaticarum et decretorum recapitulatio, qualis per Cappellanum Maiorem delata est Regi an. 1786 et Regiae Camerae an. 1793.

(3) *Dizionario delle Leggi del Regno di Napoli*, IV, Napoli 1788, 77-Sr. Vox: *Stampa de' Libri*.

(4) « Il Vicerè ha emanate nel dì 16 di questo corrente due prammatiche: in una rinnovando le antiche ordinanze *De impressione librorum...*, e sotto gravissime pene comanda che niuno ardisca d'imprimere o far imprimere sotto altra data o nome, tenere o vendere libro, composizione o qualunque altro genere di scrittura in qualsiasi favella o di qualunque cosa tratti, senza che sia rivista, approvata e concordata coll'original di suo ordine...: e che niun cittadino o abitante del Regno presuma far imprimere qualsivoglia opere o scritte fuori di esso, nè intromettere, vendere o tenere libri, scritte, composizioni altrove stampati... Nell'altra [*prammatica*] proscrive un libro o più tosto un libello famoso, diviso in due tomi in 4° colla data di Colonia l'anno 1728 sotto il finto nome di

retinendas, donec an. 1753 minutioribus articulis ipsae cingerentur (5): efficaciam ergo coërcentem exercuerunt prammaticae istae primis decenniis litteraria S. Alfonsi actione persignatis. Prammaticarum autem ingruens iteratio patefaciebat earumdem inobseruantiam ex parte eorum, quorum maxime intererat mercaturam librariam plus minusve subreptitiam fovere.

De facto apud negotiatores artis, quam guttembergiam dicunt, fere semper Neapoli serpebat anarchia quaedam, inde radicitus orta quod a prammaticis nullum proprietatis intellectualis ius aperte agnoscebatur: unde illud reputabant quasi figmentum editores et mercatores librarii, qui licet sese invicem dilacerarent ratione mercatus et proventuum, in unum tamen coalescebant ut aequam victimae, id est, auctori compensationem pecuniariam denegarent. Prammaticae porro, quae officinae typographicae creationem, manuscripti successivas revisiones, regii «imprimatur» placitum, exemplarium numerum publicis ministris donandum (6) aliaque id generis singillatim praescribunt, nihil unquam simile constituerunt pro tutandis iuribus scriptorum, qui etiamsi propriis sumptibus libros recuderent, subiacebant cupido mercatorum arbitrio.

È converso tutamen proprietatis librariae devenit sic dictum «Privilegium» regium, de cuius origine, natura atque extensione silent prammaticae et nos erudit consuetudo Regiae Camerae. Erat ergo Privilegium, sicuti nomen indicat, concessio legalis sat ampla, cuius gratia editor vel auctor privilegiarius fruebatur ad decennium iure esclusivo typis mandandi ac venui exponendi opus determinatum aut operum elenchum, de quibus mentio signanter fiebat in Regiae Camerae deliberatione atque in subsequenti regio de-

Eusebio Filopatro, e col titolo: *Riflessioni morali e teologiche sopra l'istoria Civile del Regno di Napoli...* ». - Arch. Vaticano, Napoli, v. 197, f. 340. Gazzetta n. 19, 26 aprile 1729. - Ibid., f. 348: Proregis bannum contra opus incriminatum, quod (prout aliunde scimus) exaratum et publicatum fuit a P. Sanfelice SI.

(5) Inter alia iuebatur «non rivederci i libri dopo fatta l'impressione, ma sullo scritto originale: e nei libri imprimere la licenza, nome dello stampatore e data». - Arch. di Stato, Real Camera, Consulte, v. 265, l. cit. Cfr supra, nota 2.

(6) Prisca prammatica sexta an. 1630 praescribebat: «Stampatori di ogni opera che imprimano, dian venti copie per i ministri del Supremo Consiglio d'Italia e del Collaterale... ». - Decretum diei 29 iulii an. 1742 subiungebat: «In Napoli si diano le copie de' libri a' Consiglieri e Segretarj di Stato, a' Ministri e Segretarj della Camera di S. Chiara, alla libreria Reale, a quella di S. Angelo a Nido, al Cancelliere della Real Giurisdizione... ». - Ad rem S. Alfonsus: «Ho stampate pochissime copie [operis: *Della Verità della Fede*] in tutto... 250: dalle quali, tolte quelle che si hanno da dare ai revisori e ministri regi, consiglieri di Stato, ministro della Camera reale ed altri, e tolte quelle che ho da regalare agli amici, molte poche me ne restano» (*Lettere*, III, 354, cfr 62). De hac donatione amicis largienda concludit scriptor coaevus: «Ad un povero letterato niente riesce tanto dannoso, quanto di avere gran numero di amici» (G.M. GALANTI, *Nuova descrizione delle Sicilie I*, Napoli 1787, 368).

creto. Sub aspectu iuridico censebatur Privilegium quid complexum: *personale*, quatenus collatum personae ratione muneris sui librarii; *locale*, quandoquidem extendebatur directe ad universas regni provincias, indirecte autem ad nationes quoque exteras, ex quibus vetabatur immittere intra neapolitanos limites opera Privilegio distincta; *contra ius* aut saltem *praeter ius*, quia etsi legi scriptae non derogabat, libertatem practice vigentem imprimendi offendebat; hinc *favorabile* privilegiario, cui commoda deferebat, *odiosum* vero ceteris urbis typographariis, immo et universis regnicolis atque exteris, quibus inde praeiudicia obveniebant.

Privilegii concessio minime confundenda est cum licentia simplicis «imprimatur», quod regii delegati subscribebant post accuratam manuscripti revisionem ac praehabito (iuxta decretum an. 1772) rituali «concordat» cum autographo vel transumpto originali. Concessionem praecesserant diversae «formalitates», quarum prima aestimabatur supplex instantia regi porrecta, qua editor vel auctor vel simul uterque Privilegii beneficia deposcebant: hac etenim via, quando suis ipse expensis scriptor fructus proprii ingenii prelo consignabat, lucra pariter sua retinebat aut de proventibus pacisci poterat cum editionis patrono.

E regio palatio instantia ad Cameram S. Clarae mittebatur, ut eiusdem consilarii rem perpenderent ac suffragio affirmativo aut negativo concluderent, praemissa negotii indagine opportuna. Regii ministri, probe conscii de effectibus monopolii per Privilegium instaurandi, tempestive ponderabant licentiae sequelas etiam minutas, v.gr. chartae et impressionis expensas, operum merita, vendendae mercis pretium, durationem Privilegii prout vice prima conferendi aut bis terve renovati; attamen, quoniam deficiebat lex vel prammatica praestituens normas obiectivas concessionis, haec tandem arbitrio suffragatorum relinquebatur, qui Regiae Camerae deliberationes in unum vel alterum sensum inclinare solebant, intuitu «maximae utilitatis nostro regno» obventurae ex Privilegio signando; vel contra, intuitu iacturae oeconomicae subeundae a praesumpto privilegiario.

Postquam instantia intra Regiam Cameram sortita fuerat consiliariorum favorem huncque demum coronarat regis adprobatio formula sueta: «Il Rè si uniforma...», tunc eiusdem Camerae cursores ex officio sibi iniuncto communicabant Privilegii recenter promulgati tenorem iis omnibus, quorum potissimum intererat: bibliopolis scilicet, editoribus atque mercatoribus; quibus, dum regalem «ordinationem» trans mittebant, intimabant quoque se-

veras mulctas ipso facto incurrendas, si Privilegii iuribus acquiritis contraire quovis modo praesumerent. Simul cum mulcta contra Privilegii laesores, auctoritate regia defigebatur pro singulis libris pretium ultra quod nefas erat eosdem vendere. Privilegii iura — perdurante decennio — mandabantur quoque Privilegiarii haeredibus ac successoribus.

Quibus cautelis non nimis obstantibus, subrepebant de facto abusus frequentes. Non raro ad carpendam concessionem praepolebant apud rei publicae administros petitoris calliditas, amicitiae, importunitates, immo et occulta muneratio: ex quo enim, saltem an. 1760, lancem iustitiae flectere in beneficium proprium opus erat, invocando expensas ingentes pro editione sustinendas, via manebat aperta ad totum negotium sub aspectu dumtaxat oeconomico gerendum. Monopolii itaque lex aestimabatur mere poenalis et compromissionibus obnoxia: unde oriebantur interminae bibliopolarum mercatorumque inter se pugnae atque subdoli ad regium thronum recursus, quia, secus ac contingebat apud alios opificum coetus, agmen herile arti typographicae et librariae mercaturae addictum respuerat quamlibet membrorum associatorem, sat habens ut suos quisque proventus persequeretur, etiam contra legitima scriptorum iura acriter decertando.

Extra Privilegii ambitum, ipso S. Alfonso teste, per se relinquiebantur opera inferioris molis aut difficulter in quamdam collectionem confluentia, praesertim quorum auctores apicem celebritatis nondum superarant. Ex defectu legis, proprietatem intellectualem vallantis, hoc in casu tum scriptor coram editore, tum editores coram suis in mercatura collegis vel competitoribus, agebant prorsus indefensi: quapropter, sicuti mox docebit nos S. Alfonsus, indicebatur saepe inter typographos, editores ac bibliopolas bellum asperum idemque sinuosum, perinde ac si ventilaretur res nullius aut plane derelicta, primo per impressionem occupanti obvia. Olim porro, non secus ac hodie, dominus officinae typographicae quandoque opificio suo totus dicabatur, quandoque autem simul exercebat munus editoris, immo et venditoris; interdum denique, huic triplici activitati per se ipse impar, sociabat sibi ad casum vel permanentem alios typographarios opifices, editores aut mercatores: de quibus omnibus extant indicia in S. Alfonsi epistolis.

Hinc competitiones in campo mercatorio ab illis vincebantur, qui, fortunae atque audaciae opibus freti, potiores edendi ac mercandi vias praeoccupabant. Enimvero qui caeteros alacritate antecedeabant, sibi adiudicabant primitias manuscriptas aut recenter

editas, typis quidem revehendas lautoque venui exponendas, nullo aut fere nullo habitu respectu ad auctorem. Is devenerat infelix alienae cupiditatis praeda, cui non solum iusta ingenii sui compensatio fraudabatur, verum multoties inurebatur etiam dedecus editionum «commercialium», quarum nempe squallida vestis chartacea et typographica necnon mendosa revisorum incuria refundebantur in praeiudicium auctoris atque in eiusdem doctrinae contemptum: has profecto scriptoris aerumnas, S. Alfonso adeo familiares, nullus ignorat qui perlegerit illius lamentationes, neapolitanum editorum coetum redarguentes de negligentia technica (7) ac de oeconomica impotentia (8).

2. - *De editorum atque mercatorum turma circa an. 1760*

Utrum aestimandus sit coetus iste nimio numerosior circa an. 1760, stabilire non valemus, utpote qui respiciebat turmam opificum metropoli neapolitanae insessam, a regni provinciis fere absentem (9). Eorum elenchus, ut par est, variari non desiit pro temporum mutatione, quamdiu S. Alfonsus per quasi saemisaeculum typothetis ac bibliopolis manuscripta sua porrexit. Testem coevum D. Iosephum Galanti sequuti, adduximus olim (10) 45 typographeas seu officinas typographicas Neapoli excudentes anno 1787, quo S. Alfonsus vita functus est: in antecessum tamen, id

(7) Saltem quoad foliorum revisionem. «Io per non vederla piena di errori (giacché in Napoli, povere quell'opere che si fanno rivedere a chi non è l'autore) l'ho riveduta io... Io non posso impedire che i librari ristampino l'opere mie. Mi dispiace che ne ristampano alcune senza farnele rivedere, con infiniti errori. Hanno ristampato specialmente il libro della Madonna [id est, *Le Glorie di Maria*] con tanti errori, ch'è un vituperio» (*Lettere*, III, 262).

(8) «Questi librari nostri, scribit S. Alfonsus ad Remondinium, son tutti pezzenti» (*Ibid.*, 122). Connationalium lucri febre pulsans, subdit ille non sine lepore ad editorem venetum: «Signor D. Giambattista mio, posso proibire io a' librari che ristampino l'opere che vogliono? che sono fatto il Re?» (*Ibid.*, 172). Item: «Di soppiatto, segretamente, l'hanno stampato e mandato fuori» (*Ibid.*, 442). Liqueat quod mercator venetus cruciatur eadem sacra auri fame. Hanc sedare indulgebat S. Alfonsus editoribus nationalibus, quos nunquam saturos novit: «Quanto alle ristampe [loquitur speciatim de *Visita al SS.mo Sacramento*], io non ci ho alcuna parte (parlo de' libri miei): ma sono i librari i quali, vendendo che i miei libri hanno smaltimento, tutto giorno li ristampano: perché sopra i miei libri io non mi ho spedito privilegio, né me lo poteva spedire, perché qui in Napoli non si concede il privilegio sopra i libri piccoli» (*Ibid.*, 101). Attamen serius, id est, an. 1771 semel adiit directe regem implorans partiale privilegium ad biennium pro opere *Sermone compendiatii*: «Per fare cosa grata a V.S.III.ma [*Remondini*], ho cercato al Re che per due anni non possa essere ristampato» (*Ibid.*, 391).

(9) Galanti asserit: «Oggi la tipografia è ristretta alla sola capitale e vi è avvilita, ancorché non siasi mancato per parte del governo di farla fiorire» (*GALANTI, l. cit. 367*). S. Alfonsus post missionem an. 1755 Beneventi habitam communicat editori veneto quod in illa civitate ditionis pontificiae, sed oeconomiae neapolitanae languet coetus librarius: «Non credo che ve ne siano molti, mentre quella è una città di molto poca applicazione» (*Lett.*, III, 20).

(10) R. TELLERÍA, *S. Alfonso I*, 782. «In Napoli, ait Galanti, oggi sono 45 stamperie».

est, circa an. 1760 quo Privilegium super nostri Doctoris operibus primum fuit postulatum, summa editorum ac librariorum quaedamtenus inferior dici debet.

Huius diminutionis testimonium ineditum nobis praebet D. Andreas Migliaccio, cuius cognomen inter primos S. Alfonsi editores iteratur. Opifex iste, munitus regio Privilegio ad sex opera typis reconsignanda, studuit ut per Regiae Camerae cursores regium decretum perferretur universis artis librariae collegis, prae habito rescripto quod die 5 aprilis an. 1766 signavit eques Vargas Machuca. Hanc enim opportunitatem adeptus, D. Andreas Migliaccio recensuit librariorum ac typographariorum eorumque nomina diligenter transmisit Tribunali Regiae Iurisdictionis, cuius secretarium agebat Vargas Machuca.

Elenchum ex folio originali archivi Status tractum proponimus sicuti iacet, excepto quod maiuscula littera distinguimus cognomina, quae S. Alfonsus quodammodo afficiunt, sive editores sint, sive tantum bibliopolae, aut saltem in illius epistolis memorantur, etiam post an. 1760.

Ecce index a D. Andrea Migliaccio compilatus (II) :

Andrea Migliaccio: per il Privilegio ad alcuni suoi libri per anni dieci.

Nota de' librari e stampatori di Napoli.

Vincenzo Mazzola Vocale	Gennaro Ciaccia
Vincenzo FLAUTO	Giuseppe Sanseverino
Raffaele Lanciano	Felice DE SANCTIS
Giuseppe RAIMONDI	Carlo Cirillo
Giuseppe DI DOMENICO	Franco Altobelli
Monsù ANTONIO	Gennaro MIGLIACCIO
Monsù GRAVIER	Giuseppe STASI
Stefano ELIA	Giovanni RICCIO
Francesco d'Ojra	Francesco PACI
Antonio CERVONE	Luca Lorenzi
Vedova di Tommaso Alfano	Paolo e Nicola DE SIMONE

(II) Arch. di Stato. Real Giurisdizione, Processi, v. 201, an. 1766. Sine fol. Contra « Monsù Gravier » aut contra « Monsù Antonio » irruisse videtur S. Alfonsus in epistola ad principem de Centola: « Quel libraio francese N.N. che abita alla strada di S. Chiara... Ha fatto venire [dalla Francia] una balla di questi libri impestati » (*Lett.*, 574-575). Subiungit S. Alfonsus: « Io di ciò ne feci supplicare in Napoli l'Em.^o Arcivescovo, ma altro non mi fu risposto che esso ancora ne piangeva ». Demortua itaque erat lex per Concordatum an. 1741 sancita: « Capo VIII. Introduzione de' libri forestieri. Prima di permettersi l'estrazione de' libri forestieri dalla dogana di Napoli, se ne farà de' libri dar nota, cioè una copia... al Sig. cardinal Arcivescovo, dal quale dopo si sarà esaminata...: in caso vi trovi libri contrari alla nostra Santa Fede Cattolica ed a' buoni costumi, se ne manderà dal medesimo nota al sud^o ministro regio... per impedir il corso a' libri notati come perniciosi, prima che sieno stati esaminati da teologi e da altre persone abili » (*Trattato di accomodamento tra la Santa Sede e la Corte di Napoli*, Napoli 1741, 27).

Benedetto GESSARI
 Gennaro di Turrís
 Giuseppe Antonio ELIA
 Domenico e Gaetano Abate
 Antonio Lieto
 Giuseppe Porcelli
 Signor Rispoli
 Vincenzo e Stefano Manfredi
 Vincenzo MIGLIACCIO
 Eredi di Cristoforo MIGLIACCIO
 Michele STASI
 Novello de Bonis
 Catello LONGOBARDI
 Gennaro Davino

Francesco MORELLI
 Giuseppe Di BISOGNO
 Saverio Russo
 Eredi Marco Lorenzi
 Amato Conza
 Baldassarre Savelli
 Matteo Mazzola
 Michele MIGLIACCIO
 Lorenzo de Giovanni
 Giacomo Russo, ne ha commesso
 Donato CAMPO.

In hoc elencho desiderantur pauca nomina: eorum scilicet qui postquam decadibus praecedentibus ad primos S. Alfonsi libros vulgandos coadiuverunt, activitatem suam compresserunt aut anorum lapsu extinctam voluerunt (12). Quoad superstites in area professionali aestimandos non plene conciliantur illius aetatis opiniones: dum enim alii iudicant neapolitanas librorum editiones nullis europeis inferiores, alii ex opposito affirmant demisse: «Neapoli pauca et male imprimuntur» (13). Sine dubio in praesenti materia diceres S. Alfonsi iudicium magis eclecticum ac benignum: ipse certe, ut supra notavimus, sublineabat potius quam reticebat defectus artis librariae intra confines patrios, actus fortasse necessitate sibi facilius conciliandi benevolentiam et cooperationem bibliopolae veneti: vel etiam admiratione perfusus erga «dynastiam» gentis Remondiniana, cuius emporium commerciale devenerat quasi imperium non modo in Europa, sed etiam per dissitas mundi regiones. Attamen S. Alfonsus etiam editores conterraneos sat magni fecit, iisque praesertim utebatur ad editiones

(12) Inter alios citantur Nicolaus Naso, Alexius Pellecchia, Giovanni de Simone, Girolamo Flauto et Joannes Riccio. (Cfr O. GREGORIO, *l. cit.* 61-62). Bibliopolas ac typographarios illius aevi commemorat et singulis merita demeritaque adsignat L. GIUSTINIANI, *Saggio storico-critico sulla tipografia del Regno di Napoli*, Napoli 1793, 187-220. Confirmat (p. 222) nostram opinionem super Michaële Stasi librario seu bibliopola, sed officinae typographicæ propriae forsan orbo: «Michaële Stasi, altro nostro onoratissimo negoziante di libri nella piazza napoletana».

(13) Ecce laudator coaetaneus: «Secolo XVIII. L'arte della stampa fu certamente in ottimo stato presso di noi nel cominciare del corrente secolo, siccome ce lo attestano moltissime edizioni, le quali gareggiano colle più belle e colle più decantate della rimanente Europa» (L. GIUSTINIANI, *Saggio storico-critico* 187). Ecce ex opposito detractor neapolitanus intra idem saeculum: «Vous n'avez pas idée de ce que c'est un imprimeur napolitain. La typographie a sûrement fait plus de progrès chez les Hottentots. Dieu, quelle peine! Quel travail!» (Naples, 19 juin 1779. *Correspondance de l'abbé F. Galiani avec madame d'Épinay* II, Paris, 579). In sensu peiorativò concludit Galanti: «In Napoli si stampa poco e male. I librai e gli stampatori non fanno corpo d'arte né sono uomini gran fatto istruiti» (*l. cit.* 367).

primigenias, quia solitus erat plagulas (*bozze*) recognoscere, emendare, vel ampliare: quae sane operationes exigebant quod officina typographica haud nimis distaret ab auctoris regione (14).

3. - *Diffusio operum S. Alfonsi, qualis singulariter ante an. 1760 misuratur ex duplici specimine inedito*

Sitiens aviditas, qua densum editorum agmen oculos convertebat ad S. Alfonsi opera iisque singillatim potiri inhiabat, palam ostendit quanti illius nomen aestimaretur et quam fido mercatorio intuitu librarii perspicerent immediatam legentium multiplicationem, de qua testatur — adhuc vivo S. Alfonso — eiusdem discipulus itemque primus historicus privatus P. Iosephus Landi in opere suo manuscripto.

« Per dilatare... maggiormente la divozione ne' popoli ed il culto di Dio per tutto il mondo, egli si pose a comporre molte opere spirituali, che si sono ristampate molte e molte volte, cosa mai udita dagli'altri autori, eccetto lui: che quando è uscita qualunque opera sua, tosto si è smaltita, e così si è dovuto di nuovo ristampare per lo smaltimento che ci è stato e per l'applauso comune che ave avuto: tanto è il suo grido e fama della sua santità, che per divozione ancora si comprano i suoi libri, e già si sa che per ogni parte e per tutti i regni è sparso e dilatato il suo nome, ed altro non si dice né si racconta, che Monsignor Liguori è un gran santo e ha scritto bene. Oh! Come ne' suoi libri si trova l'unzione di spirito con la pietà e divozione! » (15).

Sat probabiliter rationes huius mirae diffusionis parum angebant bibliopolas, lucri potissimum studiosos et ex lucro divulgationem librorum procurantes. Ipsemet S. Alfonsus, quo nobili simulque ingenuo praeditus erat animi candore, persaepe fatetur hanc auram popularem ac nos persuadet de obiectiva propagationis veritate (16). Eandem hodieque confirmarent bibliothecae ecclesiasticae illa aetate Neapoli locupletiores, quales PP. Societatis Iesu (*Gesù Nuovo* et *Gesù Vecchio*), S. Philippi Nerii (*Gerola-*

(14) Hac de causa admonet S. Alfonsus editorem Remondini, qui illius manuscripta pro editione prima exostulabat: « In quanto al dirigere le mie opere alla sua stamperia per la prima stampa, volesse Dio che stessimo vicini e potesse succedere! Onde nel rivedere la stampa, sempre correggo infinite cose » (*Lett.*, III, 85-86).

(15) G. LANDI, *Istoria della Congregazione del SS.mo Redentore* I, f. 36.

(16) « E' riuscito di molto gradimento a tutti che, appena stampato, me lo strappano dalle mani » (*Lett.*, III, 84). Agit de opere « *Apparecchio alla morte* ». - Item: Di questa opera *Pratica* [del confessore], se se ne stampassero centomila, pure si smaltirebbero... Se di questa opera se ne stampano milioni, milioni se ne smaltiscono. Qui ve ne sono continue richieste, e così credo che sia ancora per altre parti » (*Ibid.*, 121, 122). Anno 1758 recenset quorundam operum editiones: « Qui in Napoli, quello della Madonna già è stampato più volte... Quello poi del Sacramento, con la Passione ed altri trattatini, sinora in Napoli è stato stampato 9 volte, di più migliaia la volta » (*Ibid.*, 65).

mini), S. Dominici Maioris, S. Ioannis a Carbonara (O.S.A.), SS. Severini et Sossii (O.S.B.), Montis Verginis, SS. Apostolorum (Ordinis theatini), S. Martini (Chartusiani); necnon potiores bibliothecae civiles, quales S. Angeli ad Nidum — familiae Brancatorum — et Regii Palatii. Sed temporis decursu, ob confiscationes rapinarias, plerique ordinum religiosorum plutei thesauros suos tradiderunt publicis bibliothecis, ita ut sit hodie valde difficile epocham figere, qua S. Alfonsi opera — primaevis editionibus adscripta — ditarint monasteria. Exime unum alterumve casum, v.gr. bibliothecas PP. S. Philippi Nerii et Montis Verginis, quarum catalogus manuscriptus servatur eadem forma ac fuit olim confectus ad quotidie in illo regerendas novas librorum acquisitiones (17).

Eiusmodi considerationes valent quoque pro aliis bibliothecis publicis ac privatis, speciatim regionis Salernitanae: quomobrem, quo vividius percipiatur operum S. Alfonsi diffusio ante annum 1760, id est, ante Privilegii tentamen infra memoratum, selegimus duplex propagationis specimen apud ecclesiasticos sic dicti Principatus Citra in dioecesibus Amalphis et Salerni. Specimen amalphanum, magis extensum, respicit oppidum Agerola, in edita planitie situm supra montes Lattarios; censebat illa aetate 3.000 incolas, quibus in Domino ducendis inserviebant viginti circiter sacerdotes. Iam vero: inita an. 1759 pastoralis visitatione a Rev.mo Antonio Puoti, amalphanus archiepiscopo, is a singulis Dei ministris expostulavit, ut in scriptis sibi referrent quot et quibus libris uterentur ad suam quisque vitam spiritualem alendam atque ad animarum salutem provehendam. Folia subscripta, quibus Episcopo exquirenti responderunt sacerdotes, nobis promunt et bibliothecae (!) egestatem et librorum auctores: egestatem dicimus, quandoquidem operum summa vix superat semel, bis vel ter duodenarium numerum.

(17) In exemplum adducimus neapolitani monasterii Montis Verginis catalogum manuscriptum, cui titulus: « Bibliothecae Monasterii Montis Verginis Neapolis... librorum omnium Catalogus... Ann. Ærae Dionysianae 1750 (fo. 1). Lectori benevolo Prosper Lector dell'Aquila bibliothecarius ». Lector iste, mox abbas, fuit amicus atque admirator S. Alfonsi, cuius aequiprobabilissimi systema palam professus est. In Catalogo autem legimus: (fol. 9). Busembaum. Medulla... cum Adnotationibus Alphonsi de Liguoro. Neapoli 1748. - (fol. 17). De Ligorio P. D. Alphonsus. Adnotationes in Busembaum. Neapoli 1748. Pratica del confessore. - (fol. 49). Liguori D. Alfonso. Verità della Fede. Napoli 1762. - Idem. Dissertazione dell'uso moderato dell'opinione probabile; Napoli 1763 » (Arch. di Stato. Monasteri Soppressi, v. 1729). Exstat prelo cusus « *Catalogus Bibliothecae S. Angeli ad Nidum*, Neapoli 1750, ubi exhibetur *Medulla* Busenbaum cum adnotationibus (an. 1748) S. Alfonsi. - Pari modo, postquam an. 1750 creata est typographia regia (*Stamperia Reale*), succrevit bibliotheca Regii Palatii, cuius Catalogus implet novem volumina manuscripta, in quibus abundant posteriores S. Alfonsi editiones. (Arch. di Stato. Catalogo della Biblioteca Borbonica. Libri di uso).

Hac de causa S. Alfonsus, qui olim missionem praedicaturus in Agerolam ex Scala ascenderat, bene meritus de his montanis presbyteris dicendus fuit, utpote qui eisdem porrexit media efficacia ad ministerium pastorale sancte obeundum. Ex alia vero parte copia operum S. Alfonsi inter humiliores dioecesis pastores sat bene praedicat librorum eius diffusionem: quae si eodem gradu extendi posset ad plurimos regni in sacerdotio consodales, eloquentior pro nobis fieret quam multa sine probationibus elogia. En igitur foliorum syntesis, plures abhinc annos ex originalibus excerpta (18):

1. - *Sacerdote Michele de Troja*. Nota di libri. Bonacina, Layman. Le Glorie di Maria del Padre Liguori.
2. - *I fratelli RR. D. Giacomo e D. Mariano d'Acampora*. Bonacina, Bussembao [*Comment. S. Alfonsi*], La via del Paradiso (19).
3. - *D. Paolo Gentile d'Agerola*. Compendij del P. Liguori, Istruzione a' confessori divisa in due tomi, Altri libri spirituali del P. D. Alfonso.
4. - *Giuseppe Pisacano d'Agerola*. L'opera piccola e grande del P.D. Alfonso de Leguori [*sic*].
5. - *D. Gennaro Ferrero*. Le Glorie di Maria.
6. - *D. Angelo Cuomo d'Agerola*. Glorie di Maria del Padre Liguori.
7. - *D. Francesco Maria d'Acampora*. Tutte le opere [*spirituali*] del Padre Liguori.
8. - *D. Ludovico Pisacano d'Agerola*. Pratica del confessore del P.D. Alfonso de Liguori.
9. - *D. Martino Santa Maria*. Meditazioni della Passione di Gesù Cristo ed altri libri spirituali [*di D. Alfonso*].
10. - *D. Pietro Avitabile*. Le Glorie di Maria in due tomi del P.D. Alfonso de Liguori. - L'istruzione ai confessori del P.D. Alfonso.
11. - *D. Alessio Imparato*. La Morale di D. Alfonso di Liguori. - Le Glorie di Maria. - Le Visite al SS.mo Sacramento. - L'apparecchio alla morte. - Il Confessore, ossia Pratica del confessore di detto D. Alfonso.
12. - *D. Giovanni Fusco*. La Visita al SS.mo Sacramento del Padre Liguoro.
13. - *D. Onofrio d'Avento* [?] *d'Agerola*. Il Padre Liguori nella sua opera grande.
14. - *D. Bernardo Villani*. La Via del paradiso. - Il P.D. Alfonso di Liguoro della Visita del Sacramento.
15. - *D. Giacomo di Rosa*. Le Glorie di Maria del P. Liguori. - La Via del paradiso.
16. - *D. Salvador Amodio*. Morali del P. De Liguori.

(18) Arch. d. Curia - Amalfi. Acta Visitationis, Puoti (1758-1771), Agerola, 1758.

(19) De huius libri auctore multum disceptatum fuit, quatenus anno praecedente, id est 1758, inseritur catalogo operum S. Alfonsi postposito editioni neapolitanae libri *Apparecchio alla morte*. Non est hic locus quaestioni retractandae.

Huic synthesi spectanti ad sacerdotes Agerolae praebet complementum quaedam notula eiusdem dioecesis amalphantanae. Mortuo namque ipsius archiepiscopo Rev.mo D. Nicolao Cioffi, confectum fuit die 2 aprilis an. 1758 exiguae bibliothecae inventarium, in quo legimus: « In un'altra camera due catechismi, due tomi di Teologia Morale del P. D. Alfonso di Liguori, tre tomi di bolle del regnante Pontefice Benedetto XIV, vari libri spirituali... (20).

Eodem anno 1758 Salerni, post mortem Rev.mi Casimiri Rossi, archiepiscopi salernitani, exaratum pariter fuit bonorum inventarium coram publico tabellione. Stupemus sane quod, stante amicitia inter defunctum Praesulem atque S. Alfonso, huius opera moralia desiderentur in librorum catalogo (*apprezzo de' libri*) ibidem compilato. Excerpimus dumtaxat: « Glorie di Maria, tomi due in sesto » (21).

Exadversum anno sequenti eiusdem successor Rev.mus D. Isidorus Sánchez de Luna, benedictinus cassinensis, ante suum in dioecesim salernitanam ingressum voluit se ipse ad cautelam praemunire ideoque accuratissimum prae se tulit Registrum, in quo accensentur 952 libri (*in tutto sono volumi novecento cinquanta due*): horum nostra intersunt sequentes (22):

Liguori sopra Busembao	tom. 2
Liguori. Preghiera	tom. 1
Il detto. Istruzioni	tom. 3
Il detto. Apparecchio alla morte	tom. 1
Il detto. Opere spirituali	tom. 1
Il detto. Dimostrazioni contro li moderni increduli.	tom. 1

4. - *Infortunatum tentamen an. 1760 molitum ad omnia S. Alfonsi opera cum Privilegio edenda.*

Crescente S. Alfonsi operum diffusione, hanc intensiorem reddere placuit editori neapolitano Michaëli Stasi, eo vel magis quod probe sciebat bibliopolam venetum Remondini, opibus potentem et viis Europae librariis assuetum, strinxisse cum S. Alfonso amicitiam professionalem atque humanam in dies intimiorem: professionalem, quoniam post *Theologiae Moralis* editionem remondinianam (1757), S. Alfonsus in se roboravit propositum commit-

(20) Arch. di Stato. Salerno, Protocolli Notarili, v. 325, Pietro Andrea Gambardella, an. 1758, f. 13.

(21) Ibid., v. 5336, Giacomo Ricciardi, an. 1758, f. 857-894.

(22) Ibid., v. 5368, Carlo Barone, an. 1759, f. 421-445.

tendi editori veneto potiores ingenii sui fructus; humanam similiter, quia ex utraque parte nisi sunt scriptor neapolitanus atque mercator venetus relationes mutuas nectere et per fere triginta annos confovere ultra angustos negotiorum cardines.

Proinde iam ab an. 1756 Michaël Stasi ingreditur tertius in colloquiis epistolaribus inter Remondinium et S. Alfonso: quin immo ex una parte Remondinio adhaeret Michaël Stasi tanquam eiusdem commercii librarii fautor in urbe neapolitana (23), ex alia autem S. Alfonso extra urbem absentem deservit fideliter, ut ille per agentem romanum Ios. Agazzi (24) tuto Venetiam mittere queat manuscripta originalia aut exemplaria primigenia ab ipso auctore revisa. Quae genuinae intimitatis officia fiebant Michaëli Stasi magis conspicua ex suo interventu — utique non nimis philanthropico — ad opera S. Alfonsi prelo divulganda.

Michaël Stasi possedissee videtur officinam librariam, non vero typographicam: idcirco librorum venditor (*mercante*) dicitur necnon suis sumptibus editor, sed aliena typographia usus. Quare vix dum an. 1760, inconsulto S. Alfonso (25), Michaël Stasi cum socio suo Migliaccio (26) recudendum typographo Di

(23) *Lettere*, III, 21: « Potrebbe mandare... i fogli al Sig. Michele Stasi, mio conoscente (il quale ce lo raccomando) ». Cfr item: 23, 32, 56 (cum eiusdem socio Ajello). - Nec defuit S. Alfonsi caritas erga librarium Stasi, graviter an. 1757 anxium propterea quod navis onusta librorum sarcinis, dum e Venetia Neapolim petit, praedata fuit a turcis (*Ibid.*, 57). Attamen praefatus librarius Stasi perrexit procurere editiones S. Alfonsi parum acceptas: « Sento ora [*id est*, an. 1759] che ha stampate le *Glorie di Maria*, ma di mala carta e di mala stampa. Del resto, sappia che esso non le stampa per incombenza mia, ma di arbitrio suo; ed io non ce lo posso impedire. Anzi mi dispiace che esso le stampa, facendo l'edizioni così scellerate per la carta e caratteri, che è un vituperio » (*Ibid.*, 96). Profecto hic loquendi tonus, nisi epistolae intentione salvetur, ingerit animo dubium perstans circa assensum a S. Alfonso praestitum anno sequenti, ut librarius iste omnia sua opera recuderet.

(24) Hunc Iosephum Agazzi, Romae commorantem et agentem partes medias inter Remondinium, Stasium et S. Alfonso, saepe memorat sanctus Doctor, necnon illius fratrem pium operarium, fratribus laicis adscriptum (*Ibid.*, 33, 39, 40, 42-47, 75, 83, 128-129, 154). Pius hic operarius, Carolus nomine testamentum primo confecit an. 1754, mox ratum habuit an. 1774 Praeneste, ubi mense ianuario eiusdem anni pia morte occubuit. Cunctam suam substantiam legavit piis operariis, nullam vero numerosis familiae suae membris (ius forsitan habentibus), « perché erano stati ingrati verso di lui »: quamobrem frater illius Ioannes atque duo nepotes Antonius et Philippus, ex alio fratre defuncto Iosepho, testamentum impugnarunt. Demum, suadente quodam Praelato (*monsignore*), subscripta est conciliatio, cuius virtute pii operarii diversas pecuniae summas donarunt litigantibus, necnon pro dotandis puellis Gertrude et Catharina, Ioannis filii (Arch. di Stato - Roma. Corporazioni Maschili, S. Giuseppe alla Lungara, v. 3556. Libro d'istromenti, f. 1-8).

(25) « Sì, signore, Stasi stampa la *Pratica*... Io non ci ho avuto parte che io gliene avessi detta parola per istamparla: solamente, vedendo che già si stampava, vi ho aggiunte certe piccole cose » (*Lett.*, III, 107).

(26) *Ibid.*, 113, 115, 117. Quoniam sanctus Doctor remisit Venetiam sine mora exemplar huius editionis, subdit ipse ad Remondinium: « Dio sa quanti lamenti avrò da sentire dai Sig. Migliaccio e Stasi, lamentandosi ch'io, appena uscita la loro ristampa, l'ho mandata a V. S. Ill.ma con tante aggiunte. Ma s'avranno pazienza ».

Domenico mandaverat opus magnum alfonsianum *Istruzione e Pratica per un confessore*, manus pariter et nummum necessarium admovit ut per eundem opificem Di Domenico in lucem ederetur aliud S. Alfonsi opus classicum: *La Vera Sposa di Gesù Cristo* (27).

S. Alfonsus, qui iisdem diebus atque ex eodem prelo Di Domenico propriis expensis (28) multiplicaverat opus sacerdotibus destinatum: *Selva di materie predicabili ed istruttive per dare gli esercizi ai preti*, suppliciter atque instanter rogabatur ab editoribus, ut de Privilegio eflagitando consentiret. Semel atque iterum an. 1759-1760 ex Nuceria Neapolim advenit praedicaturus exercitia spiritualia, sive ad domesticos et curiales Em.mi Card. Sersale (29), sive ad nobiliores viros Sodalitii «dei Pellegrini» (30): qua arrepta opportunitate tractabat quoque negotia libraria tum cum longinquo Remondini, tum praesertim cum vicinioribus neapolitanis bibliopolis: quorum tandem obsecrationibus allectus, annuisse praesumitur petitioni diu anhelatae circa Privilegium regia auctoritate fulciendum: nisi malis suspicari editorem Michaëlem Stasi eiusque socios accessisse ad regem atque ab eo sollicitasse Privilegium nomine quidem S. Alfonsi, sed reapse hoc prorsus inscio: quae sane agendi ratio summum audaciae excessisset, quia ex una parte regem et Camerae consiliarios fraudulenter adibant, ex alia vero auctorem spoliabant facultate deligendi privilegiorum sibi acceptum.

Hanc ergo suam acquiescentiam, ni fallimur, mente retinet S. Alfonsus anno sequenti, cum post factum reddit certiore venetum bibliopolam, ad cuius inquietas aures rumor interea pervenerat: «Quì in Napoli voleano i librari il mio consenso per potere spedirsi il Privilegio, colla proibizione di stampare altri le opere mie, ed anche di riceverle da fuori. Io l'ho dato a rispetto dello stampare; ma a rispetto di non ammettersi le mie opere stampate fuori, assolutamente l'ho negato, a riguardo delle stampa fatte da V.S. Illm.^a Gradisca la mia attenzione» (31).

(27) « Questa stampa... la fa Stasi a spese sue » (*Ibid.*, 118). Item: 120, 123.

(28) « Ho stampate a spese mie, e n'ho stampate due mila » (*Ibid.*, 107).

(29) Horum exercitiorum notitiam, hucusque ignotam, traxit nuperrime D. Franco Strazzullo ex « Diario dei Cerimonieri della cattedrale di Napoli ». Cfr *Asprenas* 8 (1961) 69. S. Alfonsus binas quotidie conciones habebat in sacello palatii archiepiscopalis, diebus 26-31 martii, interveniente Em.mo Card. Sersale. Aliunde scimus S. Alfonsum, saltem a die 10 eiusdem mensis, Neapoli substituisse curis librariis irretitum, sed animo erectum ex frequenti conversatione cum P. Antonio Zaccaria SI, « un grand'uomo di garbo » (*Lett.*, III, 90, 91).

(30) *Ibid.*, III, 430. Cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 193-196. Exercitia initium sumpserunt die 16 martii an. 1760.

(31) *Lett.*, III, 123.

Assensum igitur praebeuit S. Alfonsus apposita conditione, quae ita cingeret Privilegium, ut ex eo nihil detrimenti caperent editiones remondiniana in neapolitanum librorum mercatum deferendae. Conditio tamen, etsi verbo tenus accepta, aegre conciliari poterat cum regii Fiscii iuribus, quae mercatum nationalem contra externos negotiatores protuebantur. Hinc Privilegium sollicitantes, non solum cogebantur negligere similem conditionem, sed de more regiiis ministris blandiebantur interposita in memoriali clausula, cuius vi ac vigente Privilegio excluderetur quaelibet importatio operis vel operum, de quibus in declaratione privilegiata fieret mentio.

Proinde Michaël Stasi, praeponens S. Alfonsi nomen (textus originalis non est autographus), hunc induxit deposcentem a rege gratiam Privilegii ad decennium duraturi: et quidem: a) pro reimpressione omnium S. Alfonsi operum, tam latino quam vulgato sermone usque illuc excusorum; b) pro suspensione ad decennium iuris communis, quo alii editores fruebantur recudendi libere praefata opera; c) pro interdictione decenniali intronmittendi eadem opera extra confinium regni neapolitana impressa. Ex parte sua Michaël Stasi pollicebatur se charta typisque venustam editionem curaturum, duce ac mendorum correctore S. Alfonso.

Ex regio palatio ad Cameram regiam, et mox vicissim, Michaëlis Stasi supplicatio habuit iter consuetum per secretarios et consiliarios. Exitus vero spem supplicantis fefellit. Die namque 22 maii an. 1760 Regia Camera tulit suffragium negativum sub praetextu insperato, quod S. Alfonsi opera recudenda nequaquam praeexigebant expensas ingentes, quales in simili casu cogebantur sustinere alii editores Privilegio munerati. Praetextum diximus, quia patebat cuivis vel obiter consideranti librariam S. Alfonsi productionem, quo pacto onerosum devenisset negotium illam recudendi, nisi multo aere prius oppignerato ad prelum alendum. Fortasse ignorabant consiliarii ingentem *Theologiae Moralis* molem, utpote quae post primam iam exhaustam editionem neapolitanam (1753-1755), bis prodierat recentius Romae (1757, 1760) ac Bononiae (1760) typis remondinianis. Ad haec, forsitan quoque Regiae Camerae ministris displicuit modus vagus ac nimis generalis (*le sue opere latine ed italiane*), quo usus est Michaël Stasi, cum e contra stylus Camerae et mos petitionum similium praerequirebat elenchum concretum, non nimis extensum et ordinarie nominativum singulorum operum, pro quibus flagitabatur Privilegium.

Quidquid sit de causa vere aut fecte impulsiva ad negativam

Camerae sententiam regi Ferdinando propositam, huius fundamentum vacillat, si rationes allatas conferimus cum aliis similibus casibus an. 1762, quorum infra connectimus documenta, ut magis appareat consiliariorum mens politicis machinationibus obnoxia. Casus primus respicit favorabiliter insignem sacerdotem et cathedraticum D. Antonium Genovesi, alter autem negative P. Ioannem B. Scaramelli S.I. Huius *Directorium Mysticum*, ab auctoris consodalibus censura inustum (32), prelo Neapoli revexit anno sequenti ipse Dominicus Terres: propterea discriminatio contra *Directorium Asceticum* videtur absurda, nisi adiudicetur causis occultis, fortasse edaci livori D. Nicolai Fraggianni, inter consiliarios praepotenti.

Alter casus D. Antonii Genovesi eget longiore sermone. Suffragium affirmativum pronuntiarunt consiliiarii, ducti ratione pecuniaria, necessitate nempe — quam Genovesi exhibuerat — recuperandi summam 1200 ducatorum pro editione expensam. Certe quidem Genovesi haud erat dives, coactus etiam detrudere ex suo stipendio Lectoris universitarii subsidia opportuna ad alendum et educandum nepotem irregulariter ex fratre natum (33): ast nullus iure adserere potuisset opera ipsius metaphysica consummasse in impressione potiore vim quam omnia S. Alfonsi opera. Cesserunt ergo rationibus politicis ac benevolentiae personali consiliiarii regii, cum suffragia affirmativa tulerunt pro concedendo Privilegio in beneficium Antonii Genovesi, cuius propensio regalista et formulae philosophicae, etsi fortiter ac diu a coetibus ecclesiasticis aversatae (34), favorem et praemium non semel apud regios ministros invenerunt.

(32) A. HOGUE, *The Direttorio Mistico of J.B. Scaramelli*: AHSI 9 (1940) 1-39.

(33) « Quietatio pro D. Antonio ac D. Petro Genovese. Die 6 martij 1754... Constituta Anna Principale... dichiarò aver ricevuto dal R.do Sig. D. Antonio Genovese ducati trenta a conto di ducati ottanta per causa che avendo essa Anna trattato per qualche anno con D. Pietro Genovese, fratello di d° D. Antonio, havea procreato un figliolo chiamato nel battesimo Pietro Paolo Genovese, sotto parola di futuro matrimonio, anzi colli sponsali contratti avanti il R.do Paroco di S. Maria delle Vergini ». Arch. di Stato. Prot. Not., Venetozzi Gius. Antonio, an. 1754, f. 81v-83. - Huius nepotis memor, D. Antonius Genovesi eidem cessit ex testamento bibliothecam et bona mobilia, seu melius, fructus, quia tum libri, tum bona venditioni destinantur. Arch. Vaticano, Napoli, v. 279, f. 249-252, 3 ott. 1769. - De iuribus per Privilegium acquisitis silet testator.

(34) « Contradetto [*Genovesi*] fin dal tempo del card. Spinelli, come lo è ancora dal presente arcivescovo, motivo per cui non ha potuto salire al rettorato de' nuovi publici Studj, sta inferito contro la Chiesa, benché di mala salute e prossimo ad essere dichiarato idropico ». Arch. Vaticano, Napoli, v. 292, f. 367, 20 dic. 1768. Item: *Ibid.*, v. 293, f. 46, 17 genn° 1769. - Attamen idem Nuntius, postquam probavit piam Genovesi mortem (« assistito da due cappuccini, uno de' quali però chiamato il P. Felice è qui notato per un religioso seguace degli odierni spiriti, che si dicono illuminati »), transmittit clausulas testamenti magis expressivas: « Ho creduto ne' miei scritti di difendere la religione verso il Creatore Dio e N.ro Redentore Gesù Cristo, e la giustizia e l'amore verso gli uomini. Può

5. - *Ulteriores vicissitudines Privilegii super S. Alfonsi operibus.*

Extra huius communicationis scopum esset explorare ulteriora editorum tentamina, felici exitu coronata, ad consequendum Privilegium super S. Alfonsi operibus. Hunc regium favorem obtinuerunt an. 1771 ad decennium Gregorius et Michaël Stasi, propositi tenaces, etsi S. Alfonso non semper fideles (35); at Privilegium circumscriptum mansit sex operibus asceticis expresse delectis atque singulis adsignato ad venditionem pretio (36). Utrum egerint consentiente an dissentiente S. Alfonso minus constat, quandoquidem sanctus Doctor an. 1779 confirmavit typographariis Onofrio et Antonio Paci licentiam a se datam an. 1772 efflagitandi a rege Privilegium ad recudenda nonnulla sua opera ascetica (37). Attamen, qua gens Stasi pollebat vigili mercatorum cura, regem adiit an. 1780 enixe deprecans, ut Privilegium an. 1771 sibi concessum ad diversa censita opera edenda prorogaretur in aliud decennium: prorogationi obstiterunt fortiter alii librarii, quamobrem Regia Camera die 11 decembris an. 1780 subscripsit votum, a rege confirmatum die 21 februarii an. 1781, quo prorogatio ad decennium restringebatur « per le sole opere di Monsignor Liguori » (38).

darsi che mi sia ingannato in alcuni punti. Priego dunque i miei amici e scolari in voler venerare il vero, e non già l'amico o il maestro. Uno è il Maestro che è Dio. Chieggo umil perdono a tutti que' che per ignoranza o per soverchio trasporto avrò potuto offendere, e tra questi all'abbate Magli, mio buon amico». Arch. Vaticano. Napoli, v. 279, f. 249. - Abbas iste Magli, qui teste S. Alfonso « è tenuto per un fanatico », novit sibi contradicentem Sanctum Doctorem (*Let.*, III, 457), qui exadversum declarat se utiliter pervolvisse opera metaphysica Antonii Genovesi (*Ibid.*, 287).

(35) S. Alfonsus, qui an. 1764 portenditur adhuc benevolus erga librarium Stasi (*Let.*, III, 211), hanc benevolentiam anno sequenti tenuavit ex eo quod, stante disputatione inter Patrem Patuzzi et sanctum Doctorem, adhaesit librarius Stasi scriptori dominicano: « Non si fidi, monet Remondinium S. Alfonsus, per questa cosa di Stasi, perché Stasi è tutt'uno col monaco [*id est, cum P. Capobianco, OP*], che ha fatto stampare in Napoli la Risposta di Patuzzi » (*Ibid.*, III, 233). Paucos post menses idem librarius, factus socius typographi Christophori Migliaccio, recudebat opus S. Alfonsi *Istruzione e Pratica del confessore*, inscio eiusdem auctore (*Ibid.*, 262).

(36) Arch. di Stato. Dispacci Ecclesiastici, v. 366, marzo-maggio 1771, f. 47: « Spiriti [*id est, marchio huius nominis*]. Si è il Re uniformato alla consulta di Real Camera del 24 del passato gennajo, con avere accordata a' librarj Gregorio e Michele Stasi il privilegio per anni dieci per quei libri che sono in essa consulta descritti, cioè per la Fisica di Muschembroek, per le opere d'Orazio ad usum Delphini, per quelle di Monsignor di Liguori ». (Pergit enumerando opera). Transumptum Privilegii originalis vulgavit O. GREGORIO, *S. Alfonso de Liguori, Contributi bio-bibliografici*, Brescia 1940, 83.

(37) *Let.*, III, 529.

(38) Arch. di Stato. Affari Ecclesiastici, Espedienti di Consiglio, v. 591, feb^o 1781. Sine fol. Agitur de Regiae Camerae deliberatione die 11 decembris an. 1780 a quattuor consiliariis subscripta. In sua Relatione affirmaverat librarius quod, praeconcesso sibi die 28 martii an. 1771 Privilegio regio ad decennium, huius beneficiis commercialibus parce fruitus erat, quandoquidem « il supplicante trovai quasi intere le edizioni delle opere suddette ne' suoi magazzini per la poca vendita fattasene »: unde, ut opinio sua ferebat, necessitas protra-

Profecto obices, quos in patria S. Alfonsus debuit superare, facti sunt stimuli ut fautore et promotore Remondini spargeretur per universum orbem tunc cognitum fama sancti Doctoris neapolitani: huius cum bibliopola relationes constituunt paradigma exemplare, utpote quae non solum innixae Privilegii mutuae utilitati (39), verum suffusae etiam unctione collaborationis christianaе atque precum auxilio (40), quale porrigere poterat unus S. Alfonsus, animarum dumtaxat sitibundus etiam cum sitim suam restinguebat per typographicam operositatem (41).

hendi Privilegium ad aliud decennium. Alii e contra librarii, delato ad regem recursu, respuebant simile monopolium, cuius gratia mercator Stasi pretium exosum libris defixerat. Quibus intellectis, Regia Camera conclusit negative pro caeteris operibus, affirmative autem pro S. Alfonsi scriptis: « Possa accordarglisi tal proroga per un'altro decennio per le sole opere di Monsignor Liguori ». - Ad folii oram nectitur colophon ritualis: « Il Re si uniforma. 21 feb° 1781 ». - Properavit ergo Stasi ut sibi Privilegium sueta forma extendere-tur, aucto operum elencho nominativo usque ad num. 18. Cfr O. GREGORIO, *Contributi* 255, nota 1.

(39) S. Alfonsus se laetum dicit, quod Remondini privilegio fruatur Venetiae ad suas editiones multiplicandas (*Lett.*, III, 79). Ceterum bibliopola venetus sancto Doctori super suis operibus concesserat beneficium 25, immo 40 per centum Neapoli lucrandum (*Ibid.*, 59, 101).

(40) Anno 1772, cum impenderet editori veneto tribulatio magna, eidem adstitit sanctus Antistes verbis et precibus consolatoriis: « Le dico che io l'ho inteso come fosse stato mio proprio. Non dubiti delle orazioni e messe. Io stamattina ho celebrato per questo affare, ed appresso dirò altre messe per lo stesso, e farò anche da altri e dare altre limosine » (*Ibid.*, 416, 417, 418).

(41) Abundant sancti scriptoris textus, quibus promitur illius « idealismus », cuiusvis lucri expers, fere incredibilis in auctore, qui pari tempore insudabat mitigandae penuriae Instituti sui missionarii: « Gradirà la mia buona intenzione che ho della gloria di Gesù Cristo e di Maria SS.ma, e del desiderio che ho degli avanzi di V. S. Ill.ma » (*Ibid.*, 35). « Non vi ho altro impegno che prima la gloria di Dio, e poi anche l'emolumento vostro » (*Ibid.*, 52). « Di queste opere mie io non ne pretendo niente: solamente avrei a caro d'averne una copia per vedere come è la stampa: del resto, non ne pretendo altro che la gloria di Gesù Cristo e di Maria » (*Ibid.*, 65).

DOCUMENTA

1. - *Memoriale S. Alfonsi ad regem pupillum D. Ferdinandum* (42).

S[acra] R[eal] M[aestà]

Signore

Il P. D. Alfonso de Liguori supplicando espone alla M[aestà] S[ua] come desidera ristampare con ogni accuratezza tutte le sue opere fin'ora stampate, sì in latino come in italiano, e perché li vien fatto torto da molti de' SS.i [= *Signori*] Librari di questa città, i quali giornalmente ce le ristampano di cattivissima carta e stampa e piene di errori, cosa che li fa poco onore: pertanto supplica la M. S. a volersi degnare di concedercene suo Real Privilegio in persona di Michele Stasi, publico mer[can]te di libri, al quale si contenta il supplicante di farcele ristampare, accioché vengono [sic] à dovere stampate, sì nella carta che ne' caratteri, e ben corretti, mediante l'assistenza dell'Autore: in tanto si compiaccia la M. S. di ordinare (giusta il solito) che per lo spazio di anni dieci non si possano da altri ristampare, né stampate altrove intromettersi: ed il tutto l'avrà à grazia. Ut Deus...

[Huic memoriali adnectitur sequens folium:]

2. - *S. Alfonsi memoriale transmittitur Regiae Camerae.*

De R[eal] orden remito a V[uestra] S[eñoría] el adjunto memorial en que pide el P[adr]e Dn. Alfonso de Liguori el Privilegio prohibitivo por diez años para que Miguel Stasi solo pueda estampar sus obras, por los motivos que representa, a fin de que la R[ea]l Cámara de S.ta Clara informe a S. M. sobre esta suplica con su parecer.

Dios g[uard]e a V.S. m[ucho]s a[ño]s como deseo.

Palacio 20 de mayo de 1760.

[propria manu] Carlo de Marco.

Sr. D. Tomás Varano.

3. - *Regia Camera fert suffragium negativum super Memoriale* (43).

S[acra] R[eal] M[aestà]

Signore

Con venerato dispaccio per Segreteria di Stato dell'Ecclesiastico de' 20 del corrente si degna V. M. rimettere à questa R[ea]l Camera per informo l'annesso ricorso del P.D. Alfonso de Liguori, nel quale espone che deside-

(42) Arch. di Stato. Affari Ecclesiastici, Espedienti di Consiglio, v. 262, giugno 1760.

(43) Ibid., v. 240, maggio 1760.

rando egli ristampare con ogni accuratezza tutte le sue opere fin'ora composte, sì in latino che in italiano: e perché gli vien fatto torto da molti librai di questa città, i quali giornalmente ce le ristampano di cattivissima carta e stampa e piene di errori, cosa che gli fa poco onore: hà supplicato perciò d'è ricorrente la M. V. si degni concedere il suo R[ea]l privilegio in persona di Michele Stasi, pubblico mercante di libri, al quale si contenta di farcele ristampare, acciò vengano à dovere stampate, sì nella carta che ne' caratteri, e ben corrette, mediante l'assistenza dell'autore: con ordinare che per lo spazio di anni dieci non si possano da altri ristampare, né stampate altrove intromettersi in questo Regno.

In ubbidienza al sud^o Sovrano comando questa R[ea]l Camera, avendo considerato che le opere del sud^o Autore nel ristamparsi non portano una spesa grave, per cui si suole accordare la proibitiva degl'anni dieci, stima non esser propria la domanda del ricorrente, e doverne perciò restarne escluso.

Il Sig. Iddio felicitè e conservi per sempre la S[ovrana] R[eal] P[ersona] di V. M. siccome la Cris[tiani]tà ha bisogno, ed i suoi fedelissimi vassalli desiderano.

Dalla R.1 Cam^a li 22 maggio 1760.

Di V. M.

umilissimi vassalli
 Gio. Antonio Castagnola
 Carlo Gaeta
 Giuseppe Romano
 Tomaso Varano Seg^o

[*Adnectitur sequens folium:*]

4. - *Rex pupillus confirmat negativum Regiae Camerae suffragium.*

Signore

Il P. D. Alfonso de Liguori esponendo che le sue opere latine ed italiane sono state stampate da molti librai di cattivissima carta e piene d'errori, ha dimandato concedersi il privilegio in persona di Michele Stasi, pubblico mercadante di libri, a cui egli si contenta di farle ristampare colla sua assistenza, acciò vengano ben corrette e stampate, che per lo spazio di dieci anni non si possano ristampare da altri né introdursi da fuori.

La Camera R[ea]le dice che la dimanda del ricorrente non è propria né deve attendersi, perché le sue opere nel ristamparsi non portano una spesa grave, la quale è causa per cui si suole accordare il privilegio degli anni dieci.

[*Ad folii oram concluditur:*]

Ecc^l

Il Rè approva il sentimento della
 Cam^a di S. Chiara, 6 giugno 1760
 Ex[ecuta]do en 7 a la misma.

5. - *Eodem tempore negatur Privilegium librario Antonio Cervone* (44).

Signore

Con Sovrano dispaccio per Seg^a di Stato degli Affari Eccl.ci del di primo del corrente si degnò V.M. rimettere à questa R.l Cam^a per informo l'annesso memoriale del mercadante de' libri Antonio Cervone, che dimanda il privilegio per anni 10 per la stampa delle opere di Monsù Rollin in tomi 50 in 12, arricchiti d'infinitissimi[sic] rami: della quale opera ne ha dati già fin'ora alla luce tomi quattro di tutta perfezione, pulizia e sodisfazione del pubblico. Come ancora la Teologia Morale di Paolo Gabriele Antoine, giusta l'edizione altre volte fatta in questa città; ed in questa ultima stampa viene arricchita di altre nuove giunte: e come che quindi d° ricorrente ha supplicato la M. V. si degni accordargli il Privilegio, acciocché niuno libraro dal giorno della pubblicazione di ogni tomo possa ristamparlo, ne altrove stampato introdurlo in questo Regno.

In ubbidienza del Sovrano comando la R.l Cam^a avendo conosciuto che l'opere delli suddetti autori sono libri che vanno per le mani di tutti a buon mercato, stima non essere giusto che se ne alteri il prezzo colla privativa che si chiede dal ricorrente, e per tal motivo dovere essere escluso dalla sua domanda.

Camera Reale del sud° Eccl°.

[*Nihil amplius. Initio folii: 7 maggio 1760.*]

[*Hanc deliberationem praecesserat haec communicatio:*] De orden del Rey Remito a V.S. el adjunto memorial del Mercante de libros Antonio Cervone, que pide el Privilegio prohibitivo por diez años para la estampa de las obras de Rollin y de la Teología Moral de Pablo Gabriel Antoine, a fin de que la R.l Cam^a de S.ta Clara informe sobre esta suplica con su parecer.

Dios g[uard]e a V.R. m[ucho]s a[ño]s como
d[ese]o

[*Propria manu*] Carlo de Marco

Palacio 1° de mayo de 1760

Sr. Dn. Tomás Varano.

6. - *Ex opposito conceditur Privilegium D. Antonio Genovesi* (45).

S. R. M.

Il Reggio cattedratico Antonio Genovesi, avendo incominciato e proseguito assai avanti la quarta Napoletana edizione delle sue opere Metafisiche in cinque volumi in 8° in migliore carta e caratteri, che non sono tutte le altre antiche edizioni, così di Napoli, come di Venezia e di Colonia: per la qual edizione si fa conto di dovere spendere intorno a 1200 ducati: temendo

(44) Ibid., Real Camera, Consulte, maggio 1760, Int. 10.

(45) Ibid., Affari Ecclesiastici, Espedienti di Consiglio, v. 292, dic. 1762.

perciò che per l'avidità del guadagno, o non si ristampi poi e controfaccia, o ristampata fuori non s'introduca con grave suo discapito e con discapito della scienza medesima, come è avvenuto per lo passato per i grossolani errori cadutivi: ricorre alla M. V. e la supplica umilmente a degnarsi di accordargli per conto di questa sua edizione della stamperia Simoniana il privilegio almeno per dieci anni, siccome Ella suole clementissimamente praticare in simili casi: e ciò non solo perché possa più riposatamente attendere a migliorare si fatte opere e dar l'ultima mano ad alcune altre di più comune uso, dietro alle quali da molti anni lavora. Così prostrato a piedi di S[uo] Regal Trono spera dalla clemenza della M. V. [*Nihil amplius*].

[*Ex adnexo folio exscribimus:*] In ubbidienza... questa R.l Camera è nel sentimento che possa la M. V. compiacersi di ordinare che si spedisca in beneficio del sud^o cattedratico D. Antonio Genovese il Privilegio per dieci anni... Dalla R.l Camera a primo dicembre 1762. Nicola Fraggianni, Carlo Gaeta, Angelo Cavalcanti, Fabrizio d'Ippolito Seg^o.

[*Ex alio folio:*] Ecc^lo. - Il Re accorda a D. Antonio Genovese il mandato privilegio. 16 Xbre 1762. - Ex[*ecuta*]do en 17 d.ho [= *dicho*].

7. - *Discriminatio fit in Privilegiis nova concessione* (46).

S. R. M.

Signore

Domenico Terres, publico mercante librajo napolitano prostrato al Real Trono umilmente espone come tiene impiegato più migliaja di docati nell'aver dato alla luce delle stampe i sottoscritti capi di libri di bellissima edizione...: taluni stampatori e librarj veneziani hanno minacciato il supplicante di voler ristampare tutti detti capi di libri, e con ciò non solamente introdurrebbono in questa capitale con notabil danno del supplicante ed anco per lo danajo [*sic*] che anderebbe fuori del Regno...: supplica che si spedisca al supplicante il Privilegio per lo spazio d'anni diece.

[*Subdit elenchum librorum, quos inter connotamus sequentes:*]

Haller. Commentar: in Boerhave, to. 7 in 4^o
Gravina. Institutiones Civiles. 8^o

Jos. Aurelj de Januario. Opera omnia. to. 4
Scaramella. Opera omnia in 4^o

[*Suffragium Regiae Camerae:*] La Camera dice che essendo le opere suddette stampate in ottima carta e di buon carattere e li prezzi non eccedenti, potrebbe la M. V. degnarsi di comandare che si spedisca... il mandato privilegio, eccetto quella intitolata Scaramella, Direttorio Ascetico.

[*Deliberatio regia:*] Il Rè si uniforma al parere della Cam^a di S. Clara. 24 9bre 1762. - Ex[*ecuta*]do en 25 d.ho [= *dicho*].

(46) Ibid., v. 291, nov. 1762.

8. - *Duae S. Alfonsi declarationes super Privilegio* (47).A. *Declaratio an. 1772*

Viva Gesù, Maria e Giuseppe

Io qui sottoscritto mi contento che Onofrio ed Antonio Paci, pubblici stampatori nella città di Napoli, s'impetrino dalla Maestà del Nostro Re, Dio guardi, il privilegio di poter ristampare le seguenti mie opere, cioè :

L'Istruzione o sia Pratica Morale in tre tomi in 8°.

La Verità della Fede.

L'Opera dommatica contro gli Eretici.

La Novena di Natale.

L'Istruzione al Popolo.

Il Gran Mezzo della Preghiera.

La Pratica d'amar Gesù Cristo.

La Storia dell'Eresie colle Confutazioni in tre tomi.

E li Pensieri dell'Eternità. [*Hoc opus deletum fuit*].

Arienzo dal nostro Palazzo Vescovile li 20 febbraio 1772 (48).

[*Propria manu*] Alf° M° Vesc° di S. Agata

Il titolo del libretto *Pensieri dell'Eternità* non è così ma è questo: *Riflessioni sulla Passione di Gesù Cristo* con altri opuscoli di materia spirituale.

[*Propria manu*] Alf° M° Vesc° di S. AgataB. *Declaratio an. 1776.*

Io sottoscritto mi contento in quanto a me spetta che i fratelli Onofrio ed Antonio Paci, pubblici stampatori, figli del qm. Giov. F.co Paci, avendo essi stampate molte mie opere con molta attenzione, che da oggi innanzi e dopo anche la mia morte possano ristampare tutte le mie opere, eccettuate però quelle per cui nell'anno 1771 il librajo Michele Stati ottenne privilegio del Re N.S. di stampare per lo spazio di dieci anni le seguenti opere, cioè :

La Monaca Santa.

Le Glorie di Maria.

La visita al SS° Sacramento.

L'Apparecchio alla morte.

Gli Esercizi a' Preti, o sia Selva predicabile.

Del resto finiti che saranno i detti dieci anni mi contento ch'essi fratelli Paci le ristampino in mia vita e dopo mia morte tutte le mie opere da

(47) *Iam multo pridem has declarationes ex folio originali exscripsi: sed dum itinerantem alfonsianum agebam, omisi in copia locum ubi originale servatur. Oblivionis me dolet ac pudet eamque fateor in poenitentiae signum!*

(48) *Hanc sui iuris cessionem, utpote magni momenti, ratam habuit S. Alfonsus die 29 iulii an. 1779 (Lett., III, 520).*

me date alla luce o che darò per l'avvenire. Contentandomi insieme che essi fratelli Paci ottengano dalla Maestà del Rè il privilegio di ristampare tutte le mie opere. Stante però che nelle mie Opere Morali latine o volgari da molto tempo date da me alle stampe vi sono alcune cose da me appresso riformate, dichiaro che non intendo né ad essi fratelli Paci né ad altri stampatori dar licenza di stamparle prima di farcele vedere e correggere per quel che bisogna, ed in fede mi sottoscrivo

Dalla Casa di Nocera de' Pagani oggi li 7 febbrajo 1776

[*Propria manu*] Alfonso M^a Vescovo

[*Adest fides Notarii nucerini Caroli Pepe*]

MAURICE DE MEULEMEESTER
† 15 IV 1961, Beveren-Waas (Belgique)

DEUX CORRESPONDANTS LIEGEOIS
DE SAINT ALPHONSE

Vix crediderimus hanc esse ultimam partem, quam indefessus historiae nostrae indagator et scriptor ad hoc « Spicilegium » conferret.

Bene novimus eum iam octoginta et duos annos habuisse; cum vero semper fere salute debilis fuisset ac tamen momenta difficilia — uti saepe hominum infirmiorum est — semper feliciter superasset, recentem quoque quam perpessus est adversam valetudinem non iam ad mortem esse sperabamus.

Atvero sat superque fidelem servum suum divinus Remunerator fatigasse statuerat; ita, dum ad plagulas corrigendas pervenimus, nuntius quodammodo inopinatus pii transitus dilecti confratris nobis missus est. Sic hanc elucubrationem super tumulum cari defuncti deponimus, cuius devotam memoriam excolere obsequium nobis erit pietatis et gratitudinis.

Mauritius de Meulemeester natus est die 30 VI an. 1879 in urbe Gand (Belgium), et, studiis altioribus feliciter absolutis, sacrae vocationis invitationem secundans, die 24 V an. 1902 sacrum sacerdotalem Ordinem recepit. At mox sacerdotali vocationem cumulans religiosam, noviciatum CSSR ingressus et die 29 IX an. 1906 religiosa professione alumnus nostrae Congregationis factus est. Adeo vero novam suam familiam dilexit, ut eius historiam maioresque viros penitus cognoscere sibi proposuerit, unde progredientibus annis nostrae historiae verus peritus et magister, ac scriptor indefessus evaserit. Ann. 1914-1919 in domo studiorum prov. belgicae Beau-plateau historiam ecclesiasticam ac nostrae Congregationis docuit; deinde in Bruxelles archivo eiusdem provinciae praefectus est, quam omnes inter primitivas et principales provincias Congregationis transalpinae (an. 1841) merito connumerandam esse noscunt. Magnum locuplesque archivum sedulo ordinavit, complevit, direxit usque ad an. 1948. Tunc Romam accersitus est, ut archivo generali praeesset, et studiis historicis CSSR dirigendis fovendisque peritiâ comprobatus adesset. Attamen iam an. 1951 in dilectam patriam reversus est, ubi inter studia historica et curam animarum, maxime monialium, postremos annos duxit, magis magisque aetatis incommodis vexatus, at continue quantum potuit, studiis amatis deditus. Ita factum est, ut — sicuti iam diximus, — hanc elucubrationem e manibus senis fatigatis, nec umquam otiosis, adhuc accepimus.

Propositum nobis est, bibliographiam, quam ipse de se in maximo suo opere *Bibliographie générale des écrivains Rédemptoristes* II (1935) p. 103-107, et III (1939) p. 287, dederat, complendi et in nostro « Spicilegio » publicandi. Usque ad an. 1939 ipse suam bibliographiam usque ad numerum 90, inter opera, studia, articulos etc. perduxit.

L.

SUMMARIUM

In archivo nostro generali conservantur tres epistolae ex Liège ad S. Alfonsum directae: una a canonico Henrico Hennequin diei 20 II 1776, duae a canonico Aegidio de Hubens dd. 29 VI 1777 et 9 IV 1778, quae in appendice transcribuntur.

Tempore commorationis Romae, Hennequin opera moralia et spiritualia sancti nostri Fundatoris aestimare didicerat; an. 1772 in Belgium reversus animo concepit versionem libelli *Visite* edere, uti an. 1776 S.o Alfonso scripsit. Haec versio eodem an. 1776 in Liège prodiit, post aliam versionem francogallicam P.is Doré SI iam ter ab an. 1772 in Nancy vulgatam. Res optime succedit, et vivente auctore, i.e. usque ad an. 1787, decem editiones aurei libelli, partim in lingua francogallica, partim in lingua flandrica, in Belgio prodierunt.

